III, 3, 4; 9, 3; Plut. Pomp. 54; Dio 40, 45). Postea a Caesare duabus legionibus in Ponto praepositus est; unde eum hanc provinciam pro consule rexisse probabile est. Ceterum ipso proconsulatu ante praeturam dato ante annum p. R. c. 727. Vinicianum functum esse constat, quare minime dubium, quin huic potissimum Viniciano recte titulus tribuatur.

§. 3. AVGVSTVS. SCRIBONIA. LIVIA.

N. 592. Cardinalius l. l. habet TRIB . MIL . BIS . Q .

N. 595, genuinus. Alterum eius exemplum Tergeste anno 1838 erutum est; v. *Archeografo Triestino* I, p. 79; Labus, *lapidi Tergestine* n. 22, in *Denkschr. d. Wiener Akad.* I, p. 356

N. 597, v. 3 pro VIII l. VII, quo versum nunc mutilum terminatum esse spatio docetur in fine eius relicto; v. 4. POTESTA*te* . . .; numerus nunc desideratur; v. ult. fortasse legendum est: MAE*(cia)* BARBA*t*, Kellermann apud Mommsen, I. N. 4229. Titulum exscripserunt Mommsenio Tycho frater, Kellermanno Ambroschius.

N. 600; iniuria Maffeius in Augusti cippis numeros miliarios legi negat; cf. n. 5118.

N. 602, not. 2. Amiani, *Fano* II, append. 1 scribit XXVI „sic"; nihilo minus ne quadratarii quidem errorem huic numero inesse credo, sed descriptores potius eo deceptos esse, quod notae X et VI parvulo spatio separatae sunt. Ita certe in imagine arcus exhibentur, a Rossinio (*Archi trionfali*) summa diligentia delineata.

N. 604. In utroque latere pontis ambo tituli duobus versibus ita insculpti sunt, ut alterum versum Tiberii titulus efficiat, ultima autem vox DEDERE ad utrumque versum ipsa dispositione pertineat; v. 1. PONTIFEX; v. 2. IVLI; cf. Tonini, *Rimini* p. 181.

N. 611. Monumentum Ancyranum et Graecam eius versionem edd. Io. Franz et A. W. Zumpt,, Mon. Ancyr. Berolini 1845, 4. — Fastos quos dicunt Capuanos idem Zumptius, Comment. epigr. Berolini, 1850, 4, p. 3 sqq., cuius lucubrationes Capuanae tituli origine innisas refellit Mommsenius, Venusinum eum esse demonstrans, *Epigr. Analekten* 11, *Sitzungsber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 224 sqq.; cf. Museum Rhenanum, N. F X, 1853, p. 481 sqq.; de Rossi, *i fasti municipali di Venosa*, *Giornale Arcad.* t. CXXXIII.

N. 613, v. 2. AVGVSTI; v. 3. TI . CAESARIS; Mommsen, I. N. 5470.

N. 615, v. 2 dele F.

N. 616. 617 fictitii; nota Liviam filiam Augusti dictam, Augustum simpliciter Divum appellatum, Tiberii cognomina plane singularia cet.

5359. *xiiii · k · septembr · eo die · caesar · pri*MVM · CONSVLATVM · IN*iit* · · · || · · · · · · · · *eo die · exer*CITVS · LEPIDI · TRADIDIT · SE · CAESARI · SVPPLI*cAtio* · · · · || *viii · k · octobr · n*ATALIS · CAESARIS · IMMOLATIO · CAESARI · HOSTIA · SVPPICATIO · (sic) || NONIS · OCTOBR · DRVSI · CAESARIS · NATALIS · SVPPLICATIO · VESTAE || XV · K · NOVIMBR · EO DIE CAESAR · TOGAM · VIRILEM · SVMPSIT · SVPPLICATIO · SPEI · ET · IVVE*ntuti* || XVI · K · DICEMBR · NATALIS TI · CAESARIS · SVPPLICATIO · VESTAE || XVIII · K · IANVAR · EO DIE · A*r*A · FORTVNAE · REDVCIS · DEDICATAST · QVAE · CAESAREM · A*ug* · *ex transmari*INIS · PROVINCIS · RED*uxit* · SVPPLICATIO · FORTVNAE · REDVCI || VII · IDVS · IANVAR · E*o die · caesar* · PRIMVM · FASCES · SVMPSIT · [1]) SVPPICATIO · (sic) IOVI || · · III · K · FEBR · EO DI*e caesar · augustu*S APPELLATVS · EST · SVPPLICATIO · AV*gusti numini* || *iii · k · febr eo die · ara · pacis · dedicata* · EST · SVPPLICATIO · IMPE*Ratoris · genio · et paci* || · || · · · · · · IM · · ·

.... ‖ .... XIM .... — Rep. Cumis, nunc fragmentum maius Romae penes Institutum Archaeologicum, minus Neapoli in Museo Borbonico exstat. Illud ed. Kellerm. in O. Jahnii specim. epigr. p. 3—22, hoc Guarini, comm. XIV, p. 52; coniunxit ea, qui ipse exscripserat, Mommsen, Bull. Inst. 1846, p. 78 sqq. et I. N. 2557.

1) Eo die Octavianus pro praetore cum consulibus Hirtio et Pansa imperium belli contra Antonium gerendi obtinuit; cf. Mommsen, l. l.

5360. SENATVS · POPVLVSQ*ue romanus* ‖ *imp · caesari · divi · iuli · f · augusto · imp · sept* · ‖ COS · SEPT · DESIGNAT · OCTAVOM · [1]) *Via · flamin*IA · *ab eo · munita · e*T .... ‖ CELEBERRIMEIS · ITALIAE · VIEIS · CONSILIO · *et · opera · ei*VS · *munitum · tradi*TEIS — Arimini, in arcu triumphali. Rest. et illustr. Borghesius, in Brighenti, *illustrazioni dell' arco d'Augusto in Rimini*, Rimini 1825, 8, p. 7 sqq.

1) a. 727; cf Eckhel, VI, p. 105 sqq.

5361. PRIMVS · MARC .... ‖ VI · VIR · AV*g* ‖ — In parte inferiore lapidis Victoria clipeum sustinet, in quo haec leguntur: S · P · Q · R ‖ AVGVSTO DEOT [1]) ‖ CLVPEVM · VIRTVTIS ‖ · · IV ... TI .... T · · [2]) — Potentiae Piceni. Archaeol. Ztg. 1844, p. 242.

1) Legendum esse DEDT, i.e. *dedit*, facile patet, et errore tantum typographico O pro D in titulum irrepsisse puto. 2) Cf. versionem Graecam monumenti Ancyrani col. VII: ὅ[πλ]ον τε χρυσοῦν ἐν τῷ βο[υλ]ευτηρίῳ ἀνατε[θὲ]ν ὑπό τε τῆς συνκλήτου καὶ τοῦ δήμου τῶν Ῥω[μαί]ων διὰ τῆς ἐπιγραφῆς ἀρετὴν καὶ ἐπιείκειαν καὶ [δι]καιοσύνην καὶ εὐσέβειαν ἐμ[ο]ὶ μαρτυρεῖ κτλ., et paucas verborum reliquias in inscriptione Latina conservatas: VIRTVTIS . CLE*mentiae . iustitiae . pietatis* . EST . *Positus* . CLVPE*us . aureus* cet., quibus edoctus Borghesius l. l. in titulo quoque Potentino *c*LE*men*TI*ae* legendum esse affirmavit, notas autem S . P . Q . R . CL . V. in nummis obvias (Eckhel VI, p. 95, 121) ita interpretatus est: *Senatus PopulusQue Romanus* CL*upeum Virtutis (dedit)*. Augustales igitur Potentini quum Divo Augusto monumentum erigerent, imaginem clipei a senatu populoque Romano viventi olim Augusto dicati in eo sculpsisse videntur.

5362. DIPIRVS · ANTIGONI · VICAR ‖ BENEFICIO · HELICONIS ‖ SCRIBONIAE CAESARIS [1]) ‖ VESTIFICIS ‖ AN · XIX — Romae, rep. in fundis Ammendolanis. Cardinali, *Diplomi mil.* n. 518.

1) sc. *uxoris*. De ea cf. Drumann, *R. Gesch.* IV, p. 303.

5363. EX · DOMO ‖ CAESARVM · ET ‖ LIVIAE ‖ LIBERTORVM ‖ ET · SERVORVM — Romae, v. Borghesius.

5364. AVGVSTAE · IVLIA*e* [1]) ‖ DRVSI · F ‖ DIVI · AVGVSTI ‖ D · D — Pompeiis in Mus. Borb. translatus. Mommsen, I. N. 2214.

1) Livia antea nominata. — Titulus plane similis Aquilae ad S. Pauli asservatur; Mur. 222, 2; corr. Bull. Inst. 1835, p. 154; Mommsen, I. N. 5767.

5365. DIVAE · AVGVSTAE ‖ L · MAMMIVS · MAXIMVS · P · S — Herculaneo in Mus. Borb. translatus. Maff. M. V. 350, 5; Mommsen, I. N. 2393, ubi v. ceteros. — Patrem Liviae in titulo quodam anno 1752 S. Benedicti reperto: M · LIVIVS · D*rus*VS · CLAVDIA*nus*,

matrem in alio titulo ibidem olim exstante: ALFIDIA · M · F · MATER · AVGVSTAE commemoratos esse Mommsenius suspicatus est: I. N. 5486. 5487, quae sententia eo certe confirmatur, quod patris quoque Tiberii titulus eodem loco repertus est; v. n. 5392.

§. 4. MONVMENTA QVAEDAM HISTORICA, AD AVGVSTI TEMPORA SPECTANTIA.

N. 619, v. 1 pro KA I. K; v. 2 pro KAL I. K; v. 3 pro EX, ET (sic); ceterum nescio, cur Orellius et cetera fastorum fragmenta a Marinio publicata omiserit, neque fastos potius triumphales Capitolinos hic attulerit, quibus plenior huius aetatis descriptio continetur; cf. Grut. 297.

N. 621, v. 2 et Lerschius (C. M. II, 1) et Overbeckius (*Katalog des Rh. Mus. vaterl. Alterthümer*, *Bonn* 1851, n. 21) notam, quam pro signo centurionatus Or. habuit, ita exhibent: "O, unam antea litteram desiderari legendumque esse rati LTO, LEGATO. In *Addendis* tamen, C. M. III, p. 114, 1, centurionatum indicari idem Lerschius affirmat. Quae quum ita sint, de vera tituli lectione monumento non inspecto diiudicari nequit. Quamquam hoc affirmare licet, nec LTO in saxo legi posse, nec, si legeretur, LEGATO ita significari potuisse, ita ut nihil fere aliud reliquum sit, nisi ut centurionatum indicatum esse credamus. Quam interpretationem qui minus probant, videant, num EQ(*uiti*) fortasse scriptum fuerit, quamvis ipsa hominis ornamenta et insignia ad principalis magis, quam equitis gregarii dignitatem quadrare pateat.

N. 622, v. 5 ILYRICO; v. 6. LARTIA; v. 7. M. PLAVTIVS; recte Grut. ex Smetio.

N. 623, ut genuino nuper usus est Huschkius, *Census zur Zeit d. Geb. Christi*, Vratislaviae, 1840, 8, p. 71. Recte condemnarat Orellius. Nota praeter consecutionem verborum satis confusam et cognomen Sulpicii, qui *Quirinius*, minime *Quirinus* appellabatur, et dona militaria *honores* dicta,' numerumque I cohorti pone nomen *Augustae* adiunctum; praeterea insolitum illud *decoratus honoribus castris divi Augusti*, quod intelligi omnino non potest. Observavit denique Borghesius litteris ad me de hoc titulo datis, verbis *delatus a duobus consulibus ad aerarium* usum quendam liberae rei publicae ad aetatem imperatorum transferri.

N. 624, nota 2 intellige *spectatus*; cf. ad n. 2561 sqq.

N. 625, filius C. Asinii Galli ex Vipsania Agrippina, filia M. Agrippae et Pomponiae Attici filiae; Borghesi, G. A. 1832, fasc. LIV.

N. 626, v. 2. SEGOVIORVM, Maffei, M. V. 234, et Bethmannus, qui mihi exscripsit.

N. 630, maxime suspectus; cf. Kellerm. Vig. p. 32.

5366. · · · · r*E*GEM · QVA · REDACTA · IN POT*estatem divi* ‖ AVGVSTI · POPVLIQVE · ROMANI · SENATV*s* ‖ SVPPLICATIONES · BINAS · OB · RES · PROSP*ere · gestas · et* ‖ IPSI · ORNAMENTA · TRIVMPH*alia decrevit* ‖ PRO · CONSVL · ASIAM · PROVINCIAM OP*tinuit · leg* ‖ DIVI · AVGVSTI · ITERVM · SYRIAM · ET · PH*oeniciam* [1]) — Rep. Tibure, nunc in horreis Vaticanis, ubi cum Mommsenio ipse vidi; litterae magnae sunt et pulchrae. Donat. 464, 3; Sanclemente de vulg. aerae emendat. p. 414 cet.

1) Virum hoc titulo honoratum Huschkius, *Census zur Zeit d. Geb. Christi* p. 65 sq., M. Agrippam esse affirmavit; Bergmannus, *Archaeol. Ztg.*, *Anzeigebl.* 1850, p. 173, Sentium Saturninum. Sed hic pravo, quo utebatur, tituli exemplo in errorem inductus est; illius sententiam litteris ad me datis refutavit Borghesius, semel Agrippam ornamentis triumphalibus honoratum esse ostendens, minime vero decretis a senatu, qui triumphum ipsum ei decreverat. Neque, qui tum ab eo victi erant, Bosporani Romanis subiecti sunt, sed Polemoni traditi, ita ut ne regem quidem Agrippa tum superaverit (cf. Dion. 54, 24). Adde quod, quum primum in Asiam missus esset, omnes

provincias transmarinas imperio proconsulari Agrippa rexit, ut postea Tiberius, Gaius Caesar, Germanicus, unde nec proconsul Asiae, nec legatus Syriae recte dici poterat (Ioseph. Ant. Iud. XV, 10, § 2). Quum vero iterum eo proficisceretur, tribunicia potestate honoratus erat, nec probabile, eum minore auctoritate tunc provincias procurasse. Mitto cetera, quae de omissis aliis Agrippae honoribus vir doctissimus adnotavit. — Sanclementius l. l. ad Sulpicium Quirinium inscriptionem pertinere censet.

5367. *m · agrippa*M · COS · TERT ‖ *tribuni*C · POTEST [1]) ‖ · · · · · *a*CRIPPIASTAE ‖ *quorum prince*PS . [2]) C · IVLIVS ‖ *dexi*MACHVS · PRXOLA*us* ‖ *μ · ἀγρίπ*ΠΑΝ ΤΠΑΤΟΝ ‖ *τὸ γ' δημ*ΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥ*σίας* ‖ *τὸ · · · · ἀ*ΓΡΙΠΠΙΑΣΤΑΙ *ὧν* ‖ *πρέσβυς* [2]) *γά*ΙΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ ‖ *δε*ΞΙΜΑΧΟΣ ΠΡΑ*τόλαος* — Misithris Laconiae. C. I. Gr. 1299, rest. Boeckhius, quem secutus sum, nisi quod pro *Pratolai. f.* (*Πρατολάου*) minus bene, ut mihi quidem videbatur, post cognomen positum, agnomen admittendum esse credidi.

1) cf. Dion. 55, 12 et 28. 2) cf. C. I. Gr. vol. I, p. 610.

5368. Q · CAERELLIVS · Q · F · ‖ QVI · III · VIR · CAP · QVAE ‖ PRO · PR · TR · PL · LEGATO (sic) ‖ PRO · PR · TER · PR · PRAEF ‖ FRVM · EX · S · C · S ‖ LEG · TI · CAESARIS · AVG ‖ PRO · COS ‖ EX TESTAMENTO — Q · CAERELLIO · M · F ‖ QVI · PATRI · TR · MILIT ‖ QVAE · TR · PL · PRÆTORI ‖ LEG · M · ANTONI · PRO · COS [1]) — Romae, in coemeterio SSS. Nerei, Achillei et Domitillae. Bull. Inst. Arch. 1852, p. 57.

1) PRO · CO*nSulis*. Caerellius igitur legatus Antonii fuit mensibus prioribus anni 709, quibus hic ante triumviratum institutum sola dignitate proconsulari ornatus erat.

5369. L · DOMITIVS · AHENOBARBVS [1]) ‖ PRO · COS ‖ TRIMOD · [2]) POSVIT · QVA · CIVITATES · SAL EM [3]) — Uticae rep. nunc Lugduni Batavorum. Janssen, Musei Lugdun. Inscr. tab. XII, 3; cf. p. 83.

1) cos a. 738, procos. Africae anno 742; cf. Marini, Arv. p. 782 = Or. 3693. 2) TRIMOD*ium*. 3) EM*etirentur*.

§. 5. GAIVS ET LVCIVS CAESARES.

N. 641, coniungendum cum Mur. 220, 2 alteroque titulo Anonym. Einsiedl. LXXVI, qui cum illis (n. LXXVII . LXXVIII) in porta *Papia* (sic) exstare dicitur, rest. Mommsen, *Epigr. Anal.* 16 (*Berichte d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 315), decem fuisse titulos docens, ita a descriptore confusos, ut pro tribus eos habuerit, dedicatos Caesari Augusto et Liviae filiisque et nepotibus pronepotibusque eorum, praeter Agrippam Postumum e familia exclusum, Claudio denique qui postea imperavit. Inscriptiones autem ita disposuit, ut nn. 1. 2. 3. 4 ad Anon. Einsiedl. n. LXXVI spectare pateat, nn. 5 et 6 ad eiusdem n. LXXVII (Mur. 220, 2), nn. 7. 8. 9. 10 ad n. LXXVIII (Mur. 227, 2; Or. 641):

5.

IMP · CAESARI
DIVI · F · AVGVSTO
PONTIFIC · MAXIMO
PATRI · PATRIAE · AVG · XVVIR · S · F · VIIVIR · EPVLON
COS · XIII · IMP · XVII · (?) TRIBVNIC · POTEST · XXX 1)

1.

NERONI · IVLIO
GERMANICI *f.*
AVG · PRONEPOT
CAESARI 6)

2.

Druso iulio ti. F
AVGVSTI · NEPOTI
DIVI · PRON · CAESARI
PONTIFICI 5)

3.

GERMANICO
IVLIO · *ti* · F
AVGVSTI · NEPOT
DIVI · PRON · CAESARI 4)

4.

TI · CAESARI
AVGVSTI · F
DIVI · NEPOT · PONT
AVGVRIQVE
COS · ITER · IMP · TER TRIBVNICIAE · POT · VIIII 3)

6.

LIVIAI
DRVSI · F
VXORI · CAESARIS · AVG

7.

c · CAESARI
AVGVSTI · F
DIVI · NEPOT
PONTIFIC · COS
IMPERATORI 2)

8.

l · CAESARI
AVGVSTI · F
DIVI · NEPOT
AVGVRI · COS · DESIGN
PRINCIPI · IVVENTVTIS

9.

DRVSO · IVLIO
GERMANICI · F
AVG · PRONEPOT
GERMANICO 6)

10.

TI · CLAVDIO
DRVSI · GERMANICI · F
NERONI · GERMANICO 7)

1) a. 760. Imperatores quattuor magnis collegiis sacerdotalibus adscriptos fuisse, satis constat; cf. Mercklin, *Cooptation* p. 125, al. 2) C. Caesar una cum Augusto Artagiris captis imperator dictus est, cuius tituli in ceteris quidem inscriptionibus nulla mentio; cf. Dion. L, 10 a. 3) Numeri correcti ex iis, qui in Augusti titulo leguntur. Pontifex Tiberius iam anno 747 dicitur (Or. 599); auguratus vivo patre nulla mentio fide digua. 4) Iulius in nullo fortasse alio monumento dicitur Germanicus, quamquam adoptatus in Iuliam gentem (Tac. Ann. II, 83) suo iure eo nomine utitur. Quo autem tempore hic titulus ei positus est, viginti circiter duos annos natus quaestor ab Augusto in Pannoniam missus est (Dio 55, 31). Haec caussa est, cur nulli eius honores commemorentur. 5) Drusus Tiberii filius in aliis quoque monumentis pontifex dicitur; cf. 660. 6) Filii parvuli Germanici, nati circa a. 759 et 760. 7) Claudius postea imperator, de cuius nominibus cf. Suet. Claud. 2 et Dion. 60, 2, Or. 716 et 5399. — De singulis cf. Mommsen, l. l., qui pro *Papia Papiae* scribendum et monumentum in civitate *Pavia*, quae hodie dicitur, ab anonymo observatum esse affirmat. Quae sententia eo corroboratur, quod qui apud anonymum has inscriptiones sequitur titulus, haud dubie ad municipium quoddam pertinet, quod Ticinum fuisse propter tribum Papiriam probabile est; cf. Or. 2250.

5370. Ad C. et L. Caesares fragmentum pertinet Murat. 2017, 6, Ripae Transonis repertum: *p · vinicio · m · f · p · n · p · alfenio · p · f · varo · cos · l · caesar* · AVG · F · DEC*essit massiliae · xiii · k · oct* ‖ ······ II · ROMAE · IVSTIT*ium · indictum · est* · [1]) *et* · · ‖ ······· DONEC · OSSA · EIVS · IN · AMESO (?) ······ *inferrentur* [2]) *l · aelio · l · f · lamia · m · servilio · m · f · cos* · V · EID · SEPT · BELLVM · CVM · *armeniis* [3]) *exortum est* ‖ ····· *c · caesar · aug · f* · IN ARMENIA · PERCVSS*us · est · ab addone praefecto* ‖ *quum at*TACIRAM AR*menio-rum* [4]) *urbem obsideret* ‖ *sex · aelio · q · f · cato · c · sentio · c · f · c · n · saturnino · cos. c · caesar · augus*TI · F · [5]) D*ecessit · limyrae · viii · kal · martias* cet.

1) cf. Tac. Ann. II, 82 de morte Germanici. 2) Eius corpus a tribunis militum et principibus municipiorum Romam delatum esse Dio narrat (55, 12). Quid sit AMESO, nescio; num IN MESO*laeum* ibi erat? 3) Bellum contra Armenios hoc loco commemoratum esse suspicatus sum, quia statim post de Artagira vulnereque a Gaio accepto agitur; cf. Dion. l. l. 10 a. 4) In exemplo Muratoriano inter A et R punctum visitur. 5) Murat. TIE. — Ceterum in supplendo titulo ipsa verba me assecutum esse minime puto.

§. 6. CAESARVM FAMILIA PRAETER IMPERATORES EORVMQVE CONIVGES ET GAIVM AC LVCIVM CAESARES.

N. 648, rep. 1786 in loco *Cesio maggiore*, nunc *Centenerae*; Hormayr, *Archiv* 1816, p. 666; v. 1. TI . CLAVDIVS cet.

N. 651, v. 1. HILARA; vidi ipse in Mus. Cap.; recte quidem Or. titulum Octaviae Claudii filiae tribuit, sed male omissam esse dicit *filiae* notam, quum *uxoris* nota, ut saepissime, desit. Fuit enim coniux Neronis imperatoris. Eadem dicitur Caesaris Augusti, i. e. Claudii, filia in titulis n. 5390 et n. 5391. Cf. Borghesi, *Giorn. Arcad.* 1831, XLIX, p. 230 sqq.

N. 652, mutilus; restitue: DRVSO . *caesari* ‖ TI . AVG . F . *divi . aug . n* ‖ DIVI . IVLI . PR*on . aug . pont* ‖ SODAL . AVGV*st . cos . ii . tr* ‖ POT . II . XV . VIr . *sacris . fac* . CIVIT . *Camunn.* — Ipse iam titulum restitueram, quum Labusii liber „*Marmi Bresciani*" ad me pervenit; cum supplementis ab eo propositis mea supplementa plane conspirant, nisi quod C*amunnos* commemoratos fuisse ille recte vidit (p. 156), *auguratum* ante pontificatum ego inserui.

N. 656 idem, qui n. 662 male exscriptus et cum alio titulo conglutinatus legitur. COS . II . IMPERAT, Mommsen, I. N. 81.

N. 657 ante FECIT insere *rE*; in Museo Capitolino ipse vidi.

N. 658, Borghesius, *Decadi num.* XV, 3, p. 20 erasum esse docet: *uxori Asinii Galli.* Vipsania enim Agrippina, filia Agrippae ex Pomponia Attici filia, sponsa Tiberio, quum *vix annicula* esset (Corn. Nep. Att. 19), a. 742 ab hoc dimissa, Asinio Gallo nupsit, de quo v. Tac. Ann. VI, 23; Borghesi l. l. et *Giorn. Arcad.* 1832, LIV, p. 66 sqq.; Tac. Ann. I, 12; Dion. 57, 2; Suet. Tib. 7. Drusi mater dicitur etiam a Tac. Ann. III, 19.

N. 659, v. 2 dele F et scribe M . AGRIPPAE . *f*; v. ipse.

N. 662, corr. n. 556. Alter titulus sic legendus est: AVGVSTAE IVLIAE ‖ DRVSI . F ‖ DIVI . AVGVST; Mommsen, I. N. 80; cf. n. 5364.

N. 666, ex sententia Mommsenii, *Epigr. Anal.* 16, p. 318 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850) ad filium Tiberii pertinet.

N. 671 ita suppl.: IVLIAE . GERM*anici . f* ‖ AGRIPPINAE . TI . CLA*udi . caes . aug . germanici* ‖ PONT . MAX . *Trib . pot . patris . patriae* ‖ L . MAM*mius maximus*; Mommsen, I. N. 2398.

N. 674 nunc mutilum v. in Mus. Cap.

N. 677, ut nn. 654, 668, 669, 670, in Mus. Vat. exstat. In n. 677 l. GERMANICI . *Caesaris . f.*

5371. C · CLAVDIVS · MARCELLAE · L ‖ AGON — Romae, in columbario prope portam S. Sebastiani reperto. Ded. Campana marchio.

5372. TYCHIVS · MARCELL ‖ DEC · QVAESTOR · BIS [1]) ‖ IRENA · MARCELLAE · L · SARCIN [2]) — Ibd.; dedit idem.

1) sc. collegii. 2) cf. Or. 645.

5373. SYNETR · · ‖ MARCELLAE ‖ MAIORIS — Ibd.; dedit idem.

5374. C · CLAVDIVS · MARCELLAE ‖ MINORIS · L · PHASIS · DECVRIO ‖ MONVMENTVM · DEDICAVIT · ET ‖ DECVRIAE · EPVLVM · DEDIT · D · S · P · HVIC ‖ DECVRIA · EX · AERE · CONLATO · IMAGINEM ‖ DECREVERVNT [1]) — Ibd.; dedit idem.

1) De Marcella maiore et minore C. Claudii Marcelli filiabus ex Octavia Augusti sorore cf. Eckhel VI, 160 et Drumann, Gesch. Roms II, p. 401. — Decuria est sive servorum sive libertorum.

5375. TI · CLAVDIVS · TI · F · NERO · PONT · COS · *II* · TRIB · PO*t*EST V *imp* ‖ NERO · CLAVDIVS · TI · F · DRVSVS · GERM · AVGVR · C*os* · *i*M*p* ‖ MVRVM · PORTAS · TVRRIS · F · C [1]) — Saepini. Mommsen, I. N. 4922.

1) Pertinet ad Ti. Caesarem ante adoptionem et eius fratrem Drusum, post cuius mortem titulum incisum esse ipso nomine Germanici declaratur (cf. Dion 55, 2, Suet. Claud. 1). Tituli autem Tiberii ad a. 753—757 pertinent; cf. Eckhel VI, p. 183 sqq.

5376. EVROPA ‖ ANTONIAES ‖ DRVSI [1]) — Ibi ubi est n. 5371 deditque idem.

1) Matris Claudii imperatoris, quae a Gaio Caesare Augusto nepote Augusta dicta est; cf. Eckhel VI, 179, Dion. 59, 3, Suet. Calig. 15, et praeter Or. 649 et 650 titulum sequentem:

5377. M · ANTONIVS · AVGVSTAE · L ‖ PINDARVS · DEC [1]) ‖ CLAVDIA · GERMANICI · L · CALLITYCHE [2]) — Ibd.; dedit idem.

1) sc. collegii. 2) Nota libertos Germanici alios Iulios appellari (Or. 657), alios Claudios.

5378. ATTICVS · AGRIPP [1]) ‖ CAESARIS · DISP — Romae, Borghesio misit Vescovalius.

1) Agrippa Postumus, a. 757 in familiam Caesarum adoptatus, anno deinde 760 abdicatus et in insulam deportatus; de eo v. Eckhel VI, p. 175.

5379. DRVSO · TI · CAESAR ‖ AVGVSTI · F · DIVI ‖ AVG · N · DIVI ‖ IVLI · PRON ‖ CAESARI · COS · [1]) PON‖TIFICI — Caiatiae, Maff. M. V. 478, 6; corr. Mommsen, I. N. 3906.

1) a. 768; cf. Eckhel VI, 202.

5380. GERMANICO *ti* ‖ CAESARIS · AVG · *fil* ‖ DIVI · AVG · *nep* ‖ DIVI · IVLI · PR*onep* ‖ CAESARI · COS · II · [1]) AV*gurt* ‖ D · D — Ibd. Maff. l. l. 478, 7; Mommsen, l. l. 3905.

1) a. 771.

5381. Fragmenta senatusconsulti, quo Druso Caesari post mortem honores tributi sunt, ed. Maff. M. V. 313, 1; corr. Borghesius, qui vidit duo, tertium ab Amatio correctum accepit, Bull. Inst. 1831, p. 137.

1) · · · · · · · · · · · · · ·	I · · ·
· · · · · · · · · · · RIS SVI	· · · · ·
· · · *dru*SI CAESARIS INCVR	CVIV*s* · · ·
iu · · · · CAESARIS AVGVSTI	HABITV · · ·
· · · · *re*M DIVINAM PAREN	TEMPORIS V · · ·
tetur	EQVESTRIS QVOQ O*rd* · · ·
· · PRINCEPS AVTEM NOS	LEM DOLOREM PVB · · ·
· · · · · · VERIT · STVDIVM	NENDI PLVRIMOS ET · · ·
· · · I STATVA EQVES	DRVSI CAESARIS · CONSE · · ·
tris · · · · · · · · · · · VR	CAESARIS · IN LVPERCALIB*us* · · ·

2) · · · · · · · · · · · · · · ?ILA	VTIQVE CLVPEVS · ARGENTEVS · C · · ·
· · ·	RENTVR · IDIB · IVL · CVM TITV*lo* ·
· · · · · · · · *marm*OREO	ESSE DRVSO CAESARI TI CAES A*ug* · *f* ·
· · ·	VTIQVE OMNIBVS *sacris carminibus*
· · · · · · · · · · · · · OTI	CAESARIS NOMINA R*ecitentur* ·
· · ·	PLEBIS QVOQ · VRBANAE · AEQ · · · · ·
· · · · · · · *ae*DIFICASSET	RITATEM QVAE NIHIL R · · · · ·
· · · · · · · · · · O INQVO	TA MODVMQ TEMPOR · · · · · · · ·
· · · · · · · · · · CAESARIS	PLEBIVRBANA*e* · · · · · · · · ·
· · ·	QVAM C · · · · · · · · · · ·
· · · · · · · · · E · STATVA I	· · · · · · · · · · · · · · · · ·
· · ·	· · · · · ·
· · · · · · · · · · · · S EIVS	· · · · · ·
	· · · · · ·

3) · · · VE · QVAS CIVIVM ROMANORV*m* · · ·
· · · I LVDOS FIERI ALIVDVE QVOD · · ·
· · *rom*ANOS CIRCIENSES FIERI SOLEN*t* · · ·
· · · *p*ONERENTVR INQVE EO HOC S · · · ·
· · · · · ARBITRARI PONTIFICES F · · · · ·
· · · · · *s*OLLEMNIBVS IN CIRCVM · · · ·
· · · · · · CONSVETVDINEM CELE · · · ·
· · · *quo*D PONTIFICES AVG X*v viri sacris faciundis*
*vii viri epulonum de*CREVISSENT · · · ·
· · · · · F ITAQVE · · · · · · · · · ·
· 1)

1) De honoribus Druso decretis cf. Tac. Ann. IV, 9: *memoriae Drusi eadem quae in Germanicum decernuntur, plerisque additis, ut ferme amat posterior adulatio.* Honorem clipei argentei eum fuisse Borgh. suspicatus est, ut *turmae equitum idibus Iuliis imaginem eius sequerentur* (cf. Tac. Ann. II, 83 de honoribus Germanici). Eundem vero honorem, de quo Tac. l. l., *ut ludos Circenses eburna effigies* (Germanici) *praeiret*, Druso quoque decretum esse, Circensium mentione satis constat. De nominibus carminibus sacris recitandis cf. de Augusto Dion. 51, 20, de Germanico Tac. l. l.

5382. Fragmenta senatusconsulti de honoribus Germanico post mortem tribuendis ed. Fea, *framm. di Fasti* p. XVI, tab. III; corr. Borghesius, qui vidit, et cuius exemplum hic offero, adiunctis quae varie a Fea lecta sunt, nisi male eum legisse clare apparet.

. . . .
RE . .
MI . .
ŌS (?) M . . . 1)
RATIS . E . . .
PRO COS MI . . .
NON . PAR CES . . .
CAESARIS . PONI . . .
ANTONIAE . MAT*ris* 2)
ALTER . IANVS . FIERET . . . 3)
REGIONIBVS . QV . . . .
CON . VENIENS . R\ . . . .
TERTIVS . IANVS . VE . . . . .
CITVS . DEINDE . PEI . . . . *ger*
MANIS . ET . PRAEC . . . . *ad tumu*
LVM . DRVSI . FACEI . . . .
ET . CVM . ESSET . IN . E . . . .
EX . HOC . S . C . FACTVS . . . *ubi corpus Germanici*
CAESARIS . CREMAT*um est* 4)
RASSET TRID . . . . . .
. . . .

. . . . ERQVE . DOMESTIC . . .
. . . . ˉI CAESAR . AVG . . . . . .
. . . . DI IRAN . . MARE . 5) SE . . . . . .
. . . \ ALIQVAM . . . .
*carmine quod canit*VR . IN PALATIO 6) . . . .
. . . IN EODEM LIBRO . . . .
*germ*ANICVM . ARBITR*A* . . . .
. . , SENATVI . PLACERE . VTI . . . . .
*im*AGINES . PONERENTVR . SVPR . . . .
. . . . \ . QVAE . EX . S . C . HONORANDI . . .
. . . QVI . INTER . ALIA . EODEM . VOI . . .
. . . . MAR . PROVINCIARVM . ASIA . . .
. *gra*TIAS . AGERE . ET . ADGNOSC*ere* . 7)
. . . OCARENTVR FIEREI . . . .
. . . . IS . CVM . HONOR 8) . . . .
. . . . *c*AESARVM . QV . . . . . .
. . . . ARENT . . . .
. . . . . . IN . . . .

Cf. Niebuhr, apud Feam, *Varietà di notizie, Roma* 1820, p. XV. — 1) MI . . . . . 𝔰'IVM . . . . „ Fea. 2) Antonia mater Germanici. 3) Tres arcus Germanico decretos esse Romae, apud ripam Rheni et in monte Syriae Amano Tacitus docet, Ann. II, 83. Hunc hoc quidem loco indicari Niebuhrius censet, quia una cum tertio et Germani et tumulus Drusi commemorantur, de quo cf. Suet. Claud. 1 et Dion. 55, 2. 4) sc. Antiochiae, Tac. l. l. 5) l. TRANS MARE; CITRA Fea. 6) i. e. Saliari; cf. Tac. II, 83, Niebuhr et Borgh. Bull. Inst. 1831, p. 138. 7) „Postremum vides de *provinciis Asiaticis* agi, quibus gratias ageret senatus et agnosceret quae illae in Germanicum vivum eiusque memoriam honorificentissime fecerant." Nieb. — MAR fortasse *finiti*MAR*um* ? 8) DONAR[v] . . . , F.

5383. AGRIPPINAE . M . F ‖ GERMANICI — Aeserniae. Garrucci, St. d'Isernia n. 18, p. 95; corr. Mommsen, I. N. 5015.

5384. TI · CAESARI ‖ DRVSI · F ‖ TI · AVGVSTI · N ‖ DIVI · AVGVSTI · PRON [1]) ‖ P · VARIVS · P · F · AEM ‖ LIGVS · FILIVS — Albae Pompeiae. Vernazza, *Iscr. Alb.* p. 5.

1) Druso filio Tiberii natus ex Livia a. 772, consors imperii Caligulae constitutus, ab hoc adoptatus et princeps iuventutis dictus, sed paullo post interfectus; cf. Eckhel VI, p. 203.

5385. ELATE · IVLIAE ‖ DRVSI · CAESARIS ‖ FILIAE · [1]) LIBERTAE ‖ APHRODISIVS · C · CAESARIS ‖ SER · FEC — Romae, in Mus. Vat. Mur. 1001, 1; v. ipse.

1) Soror praecedentis, de qua cf. Eckhel VI, p. 202.

5386. DRVSO CAESARI ‖ GERMANICI CAESARIS ‖ FILIO ‖ TI AVGVSTI NEPOTI ‖ DIVI AVGVSTI PRONEPOTI ‖ PONTIFICI [1]) — Rep. in Troade, nunc Cantabrigiae. C. I. Gr. ad n. 3612.

1) cf. n. 666.

5387. IVLIAE · AVGVSTAE · GERMANICI · CAISARI*s fil* ‖ AGRIPPINAI ‖ *tI* · *cl* · *cAISAris* · *aug* ‖ *germanici* — Caere. Descr. Mommsen; ipse restitui.

5388. C · PAPIVS · ASCLEPIADES ‖ PAPIA · EROTIS · L · ‖ IVLIA · IVCVNDA · NVTRIX ‖ DRVS*i* · ET · DRVSILLAE [1]) — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani effosso. Ded. Canina.

1) Natorum Germanici.

5389. DIVAE · DRVSILLAE · SORORI ‖ · · · · · · · [1]) AVGVSTI ‖ GERMANICI — Caere. Descr. Mommsen.

1) C. Caesaris nomen abrasum.

5390. PAEZVSAE · OCTAVIAE ‖ CAESARIS · AVGVSTI · F [1]) ‖ ORNATRICI ‖ VIX · ANN · XVIII — Romae, in Columbario ad portam D. Sebastiani reperto. Iahn, Spec. epigr. p. 25, n. 8; Borghesi, Giorn. Arcad. 1831, XLIX, p. 230 sqq.; et:

5391. PHILETVS · OCTAVIAE ‖ CAESARIS · AVGVSTI · F [1]) ‖ AB · ARGENTO · FECIT · CONTVBERNALI · SVAE ‖ CARISSIMAE · ET · SIBI — Ibd. Iahn l. l. 9; Borghesi, l. l.

1) cf. ad n. 651. Octavia Claudii imperatoris filia appellatur, quia titulus positus est, antequam Neroni nupsisset.

§. 7. TIBERIVS, EIVSQVE TEMPORA. CALIGVLA.

N. 681 spurius; cf. Mommsen, I. N. 598*.

N. 682 spurius. Neque enim Tiberius princeps iuventutis erat, et, quum ab Augusto adoptaretur, cum consul erat II (nam anno 747 fasces iterum gesserat), tum tribunicia potestate honoratus.

N. 684 spurius. Neque intelligo equidem, quo modo de censura Tiberii Orellius cogitare potuerit, quum Tiberius et Augustus cum imperio consulari illum censum egerint, de quo Suet. Tib. 20 verba facit; cf. Monum. Ancyr. II, 8, et Borghesi, *sull' ultima parte della serie de' censori* cet., Romae, 1836, 4, p. 122 ex Actis Academiae Pontif.).

N. 687, corr. nuper O. Iahn, *Ber. d. S. Ges. d. Wissensch.* 1851, p. 119 sqq. et Mommsen, I. N. 2486. Pro THENIA . . EORONXX I. . . THENIA SArdes uELORON.

N. 693 corr. Labus, *antiche lapidi tergestine*, *Denkschr. d. Wiener Akad.* 1850, p. 360 : SEX . PALPELIO ‖ P . F . VEL . HISTRO ‖ LEG . TI . CLAVDI ‖ CAES . AVG . PRO . COS ‖ . . . . PR . TR . PL . Q ‖ X . VIR . STLIT . IVDIC ‖ TR . MIL . LEG . XIIII . GEM ‖ COMITI . TI . CAES . AVG ‖ C . PRIERIVS ‖ FELIX ‖ NEAPOLITANVS ‖ BENEFIC . Ex hoc titulo nomen *P. Atellii Histri* apud Tac. Ann. XII, 29 corrigendum esse ostendit nuper Borghesius apud Noël des Vergers, *lettre à Mr. Firmin Didot*, p. 3 (*Revue encyclopédique*, *juillet* 1847).

N. 695 spurius; cf. Borghesi, *Diploma di Traiano Decio* p. 32 (Actt. Acad. Pontif. 1840).

N. 700, idem qui n. 468. Titulus male exscriptus ad Caligulam certe non pertinet, quippe qui nunquam *imp. Caesar Caius* appellatus sit, sed *C. Caesar Augustus*; cf. Eckhel, VI, p. 218 sqq. [Pertinere videtur ad impp. Diocletianum et Maximinum, v. inscr. Helv. n. 272. MOMMSEN.]

5392. TI · CLAVDIVS · NERO · PATER ‖ TI · CAESARIS · AVG — S. Benedicti ad lacum Celani, Mommsen, I. N. 5488.

5393. TI · CAESARI DIVI ‖ AVGVSTI · F ‖ AVGVSTO · PONTIFICI ‖ MAXIMO · PRINCIPI ‖ OPTIMO ‖ L · GEMINIVS · Q · F · CAM ‖ ATTICVS ‖ AVRI · P · V ‖ ARGENTI · P · V — Basis parva rep. in basilica Iulia, ubi vidi. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 140.

5394. LIBVRNVS · L · SEI ‖ STRABONIS · [1] A · MANV ‖ SALVILLA · CONIVNX · FECIT — Romae, apud marchionem Campanam. Borghesi, *sopra una iscriz. del Museo Campana* (ex *Saggiatore* I, 1, Romae 1844), p. 1. Vidi ipse.

1) Pater Seiani, praefectus praetorio Caesaris Augusti (cf. Vellei. Pat. II, 127, qui eum *principem equestris ordinis* dicit, et Tac. Ann. VI, 8), post cuius mortem solus, mox cum filio cohortibus praeerat, anno 770 praefectus Aegypti a Tiberio factus est (Dion. 57, 19), in quo munere post paucos annos decessit; l. l.

5395. *rub*ELLIAE ‖ *bla*NDI · F · BASSAE [1] ‖ · · OCTAVI · LAENATIS [2] ‖ SERGIVS · OCTAVIVS ‖ LAENAS · PONTIANVS [3] ‖ AVIAE · OPTIMAE — Rep. sub colle Tusculano, vidi in villa Aldobrandinia Frascatana. Bull. Inst. 1845, p. 156.

1) C. Rubellius Blandus cos. a. 770 (Borghesi, l. l. p. 150 sqq.), maritus Iuliae filiae Drusi Tiberii filii inde ab anno 786 (id. p. 158). 2) Vir aliunde haud cognitus. 3) cos. a. 884, collega M. Antonio Rufino.

5396. C · CAESARI ‖ GERMANICI · F ‖ TI · AVG · N ‖ DIVI · AVGVSTI ‖ PRONEPOTI ‖ GERMANICO ‖ PONTIFICI · Q [1] — Viennae Allobrogum. *Giorn. Arc.* LVI, 1832, p. 323. Ibidem alterum huius tituli exemplum exstat, compendiis tantum verborum ab hoc diversum.

1) Caligula a. 784 pontifex, a. 786 quaestor factus est; cf. Dion. 58, 7 et 23; Eckhel VI, p. 218.

5397. S · P · Q · R ‖ C · CAESAR ‖ AVG · GERM ‖ P · M · TR · POT ‖ COS [1] — *Caltagirone* Siciliae. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 55, 1.

1) Marmor vidit Stephanius, qui antiquum titulum esse iudicavit, nummorum inscriptionibus sane similem.

5398. · · · · · · · · LIVIA · *d*RVSI · F · VXSOR · · · · [1] ‖; deinde litteris minoribus: IMPP · *Caes*S · SEVERVS · ET · ANTO*ninus* ‖ ET · *Iulia* ·

Pia · AVG · MATER · AVG · · · Rep. in loco, quem *Roma vecchia* dicunt, spectat ad Aquam Claudiam et Anienem novum (?) Bull. Inst. 1831, p. 28. Vidi ipse in tabulario. Litterae nonnullae nunc desunt, quae a Fea legebantur.

1) Fea l. l. C. Caesaris Aug. uxorem alteram hoc titulo commemorari credit, quam Dio (59, 8) *Corneliam Orestinam* appellat, Suetonius (Cal. 25) *Liviam Orestillam* (cf. Eckhel VI, p. 229). Neque tamen video, cur huic potius, quam Liviae Augusti monumentum tribuerit, quam Drusi filiam fuisse apud omnes constat, quum Orestillae pater, quod equidem sciam, plane ignotus sit. Quod autem ad Aquam Claudiam pertinere titulum dicit, a Gaio Caesare aedificari coeptam, id nescio, num argumentis tam firmis probari possit, ut his adductus aliquis Gaii uxorem indicari sibi persuadeat. Titulum propterea hic afferendum esse censui, ne quis neglectam Liviae Orestillae memoriam mibi crimini vertat.

De Caligula cf. praeterea n. 5192.

§. 8. IMP. CLAVDIVS.

N. 708, v. 3 TR . POT . VI; v. 4. DES; *Giorn. Arcad.* LXXVIII, p. 289.

N. 709, v. 4 AEGΓPTI; l. l. t. XXXIX, p. 227; not. 1 pro IVLIAE scr. VALERIAE.

N. 712 praeter alia quaedam minus accurate lecta nota in saxo esse COS *i*III (v. 5), EX TESTAME*nto* . . . *m*ESSI L . F . M*e*N (v. 7), MILIT . COHOR (v. 8); Mommsen, I. N. 2396.

N. 715, v. 4. V̄ . IM . . . ; v. 5. PO . . . . ; v. 8. GENTESQVE . B . . . ; v. 9. INDIC . . . V. in aedd. Barberinianis. Cf. Kellermann, apud Orell. Anall. epigr. p. 36.

N. 716; cf. Borghesi, Annal. Inst. 1850, p. 365.

N. 721 idem ac n. 2927.

N. 723, v. 3. TR . PL; v. 6. PATRICIOS; v. 8. CAESARIS . AVGVSTI; v. 10. MARSI . F . LAELIA; num LAELIANA ? — Haud dubie, quae notavi, recipienda erant ex Grut. 454, 1.

5399. *ti* · *c*LAVDIO ‖ *dru*SI · GERMAN · F ‖ *ner*ONI · GERMANICO ‖ *aug*VRI · SODALI · AVG ‖ *sod*ALI · TITIO · COS [1]) — *Polae.* Istria II, p. 35.

1) Claudius est, qui postea imperavit; cf. ad n. 641, 10.

5400. TI · CLAVDIVS · CAESAR ‖ AVGVSTVS · GERMANICVS ‖ PONT · MAX · TRIB · POT · VI ‖ COS · DESIG · IIII · IMP · XI · [1]) P · P ‖ VIAM · CLAVDIAM · AVGVSTAM ‖ QVAM · DRVSVS · PATER · ALPIBVS · ‖ BELLO · PATEFACTIS · DEREXSERAT ‖ MVNIT · A FLVMINE · PADO · AT ‖ FLVMEN · DANVVIVM · PER · M ‖ P · CCCXX [2]) — Mil. rep. in flumine Athesi in agro Veronensi. Férussac, *Bull.* 1829, 12, p. 458, ex Giovanelli, *Beiträge zur Gesch. etc. von Tyrol und Vorarlberg*, I, p. 1.

1) a. 799 = 46. 2) cf. nn. 648; 708.

5401. VALERIA ‖ MESSALLINAE · AVGVSTI ‖ L · CAENIS — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani rep. — Ded. Campana v. cl.

5402. EVARISTI ‖ ET · DROSI · ‖ MESSALLINAE · AVG ‖ AB ORNAMENTIS — Romae, lamina aenea inaurata. *Novelle letterarie Fior.* 1778, p. 139.

5403. I · O · M · ET ‖ DIVO · CLAVDIO CAESAR ‖ AVG · GERMAN · TRIB · POT · XIIII 1) ‖ P · ANTEIVS · P · ANTEI · SYNTROPHI · L ‖ HERMA · IIIIII · VIR · ET · AVG ‖ PORTICVM · V · S · L · M · LOC · ACCEP?· D · D 2) — Rep. Salonae, nunc in Museo Spalatano. Lanza, *antiche lapidi Salonitane inedite*, n. I.

1) Nota trib. pot. cum *Divi* titulo coniunctam. 2) ita in exemplo Lanzae legitur. Est : LOCo . ACCEPTo . *Decurionum Decreto.*

5404. L · ANNE‖IO · L · F ‖ DOMITIO ‖ PROCVLO ‖ C · P · PRONEPOTI ‖ ANTONI ‖ FELICIS 1) ‖ ANTONIA ‖ CLEMENTIANA ‖ AVIA ‖ L · D · D · :D — Polae. Bull. Inst. Arch. 1837, p. 109.

1) Notissimus Claudii (vel potius matris Antoniae) libertus, procurator Iudaeae, de quo cf. Tac. Hist. V, 9; Ioseph. Antiqq. Iud. XX, 7, 8; Suet. Claud. 28; Tillemont, I, p. 192; Eckhel VI, p. 243. — V. Bull. l. l.

§. 9. NERO.

N. 732, not. 6: SAVFETO legit etiam Mommsenius in ectypo chartaceo Florentiae a Migliarinio sibi oblato.

N. 733, v. 2. POPPÁEÁE . ÁVG, sed v. 3. DISPINSATOR; idem, qui vidit Perusiae.

5405. TI · CLAVDIO ‖ TI · CLAVDI · CAESARIS ‖ AVGVSTI · GERMANICI ‖ P · P · F · NERONI ‖ CAESARI 1) ‖ D · D — Fortasse Herculanei. Mommsen, I. N. 2399, qui vidit in Mus. Borbonico; Münter, *Reise*, p. 71.

1) His nominibus utebatur Nero, quum a Claudio adoptatus imperium nondum suscepisset; cf. Eckhel VI, p. 260, et titulum Aeclanensem l. l. n. 1097: NERONI . CLAVDIO . CAESARI ‖ TI . CLAVDII . CAESARIS . AVG . F .

5406. Q · VOLVSIO · SATVRN · ‖ P · CORNELIO · SCIP · COS 1) ‖ AVGVSTALES ‖ QVI ////////// CLAVDIO ‖ CAESARI · AVGVST · ET ‖ /////////// AVGVSTAE 2) ‖ I · O · M · ET · GENIO · COLONIAE ‖ LVDOS · FECER · XIII · XII · K · MART ‖ C · TANTILIVS · C · C · L · HYLA ‖ CN · POLLIVS · CN · L · VICTOR ‖ C · IVLIVS · C · L · GLAPHYR · ‖ CVRATORIBVS ‖ · · · · · · · · · Puteolis tribuit Mommsen, I. N. 2463; Grut. 9, 4, cet. Titulum hic referendum esse censui, ne quem in errorem induceret iudicium nimis acutum Steineri, qui, quum in priore Inscriptionum Rhenanarum editione Coloniae Agrippinae monumentum Puteolanum adscripsisset (n. 886), nuper spuriam esse affirmavit inscriptionem minime suspectam; v. Codex Inscr. Danub. et Rheni, II, p. 113.

1) a. 56. 2) Nomina Neronis et Agrippinae erasa.

5407. NERO · CLAVDIVS DIVI CLAVDI · F · GERMANICI · CAESAR ‖ N TI CAESARIS · AVG · PRON · DIVI · AVG · ABN · CAES ‖ AVG · GERMAN · PONT · MAX · TRIB · POT · VII · IMP · VII ‖ COS · IIII 1) PEDITIB · ET · EQVITIB · QVI · MILIT · IN ‖ COH · VII QVAE · APPELLANTVR · I · ASTVR · ET · GAL‖LAECOR · ET · I · HISPAN · ET · I · ALPINOR · ET · I · LVSI‖TANOR · ET · II · ALPINOR · ET · II · HISP · ET · V · LVCIENS ‖ ET ·

GALLAECOR · ET · SVNT · IN · ILLYRICO · SVB · L · SAL‖VIDIE-NO · SALVIANO · RVFO · QVI · QVINA · ET · VĪCENA ‖ STIPEND · AVT · PLVRA · MERVER · QVOR · NOMIN ‖ SVBSCRIPT · SVNT · IPSIS · LIBERIS · POSTERISQ ‖ — EORVM · CĪVITATEM · DEDIT · ET · CONVBIVM · CVM · EST ‖ CIVITAS · IĪS · DATA · AVT · SI QVĪ · CAELIB · ESSENT ‖ CVM · IĪS · QVAS · POSTEA · DVXIS-SENT · DVM · TAX ‖ SINGVLĪ · SINGVLAS · A · D · VI · NON · IVL · CN · PE‖DANIO · SALINATORE · L · VELLEIO · PATERCVLO ‖ COS · [2]) COH · $\overline{\text{II}}$ · HISPAN · CVĪ · PRAEST · C · CAESIVS ‖ APER · EQVITĪ · IANTVMARO · ANDEDVNIS · F ‖ VARCIANO · DESCR · ET · RECOGN · EX · TABVLA ‖ AENEA · QVAE · FIXA · EST · IN · CAPITOL · AD · LA‖TVS · SINISTR · AEDIS · THENSAR · EXTRI-SECVS — Vindobonae. Arneth, *Militärdipl.* tab. I, p. 27. pars exterior.

1) a. 60. Neronem eo anno imperatorem $\overline{\text{VII}}$ appellatum fuisse, hoc monumento docemur; Eckhel VI, p. 264. 2) Anno 60 Nero ipse per sex menses cum Cornelio Lentulo fasces gessit; kalendis autem Iuliis suffecti Velleius Paterculus et Pedanius Salinator, in cuius locum kal. oct. Pompeius Vopiscus successit; cf. Borghesi, Bull. Inst. Arch. 1846, p. 174.

Titulos Octaviae primae Neronis uxoris v. nn. 651. 5390. 5391. Ad alteram, Poppaeam, antequam imperatori nupsisset, hic titulus pertinet:

5408. TERTIVS ‖ PRISCI POPPAEAE ‖ SABINAE DISPENS ‖ VICARIVS · ARAM ‖ ET · CREPIDINEM FECIT ‖ IDEM ········· AN ‖ ANO ······· \ II ‖ D D L D — Asisii exscr. Mommsen; minus accurate Bull. Inst. Arch. 1835, p. 154.

5409. ARGENNE · POPPAEAE · AVGVSTAE · AVGVSTI · LI-BERTA ‖ APOLLINI · ET · NYMPHIS · VOTVM · L · D — Ex Ischia insula in Mus. Borb. illatus. Idem, I. N. 3515.

5410. POLYTIMV*s* ‖ POPPAEAE · AVG · NERON*is caes · aug* ‖ DISPENSATOR · FOR*tunae · v · s* — Perusiae. Exscr. Mommsen; cf. n. 733. Vermiglioli, Iscr. Perugine p. 370, n. 9. Cf. n. 6387.

5411. AGRIMATIO ‖ STATILIAES ‖ TAVRI · F · MESSALLI-NAE [1]) ‖ PVMILIO — Romae. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 34, 4.

1) cf. Grut. 995, 6. Borghesius, l. l. p. 40, dubitat, utrum tertia imperatoris Neronis coniux, an huius amita filia Tauri cos. a. 764 indicata sit. Ad illam spectat titulus Grut. 618, 9, qui Romae repertus, nunc Neapoli in Mus. Borbon. asservatur: DIĪs . MANIBVS ‖ SVCCESSAE ‖ MESSALINAE . (sic) NERONIS . LIB . ‖ EPAPHRODITVS . ‖ PRISCA . ONESIME . ‖ MATRI . PI . ĪSSIMAE . FECERVNT. Exscr. Mommsen, I. N. 7102.

5412. D · M ‖ PHOEBI · ACTĒS ‖ AVG · L · L · PROC ‖ SVMM [1]) ‖ DEMETRIVS ‖ PENSATA ‖ PARENT · OPTIM — Romae, in S. Mariae in Ara coeli. Ex cod. Rigazziano Borghesius.

1) PROC*urator* SVMM*arum*.

5413. D · M ‖ CLAVDIE · ACTES · L ‖ EVRYDICES · CLAVDIVS ‖ PHOEBVS CONIVGI B ‖ MERENTI ET PENSATA ‖ SORORI · PIĪS-SIMAE ‖ FECERVNT — Ibd. idem.

5414. A · TVRRE · XVI ‖ IMP · *nero . claudius* · DIVI ‖ CLAVD · F · GERMANICI ‖ *cae*SARIS · N̄ · *ti* · CAESARIS ‖ *aug* · *pron* · DIVI · *aug* · ABN ‖ *caes*AR · AVG · GERMANIC ‖ *p* · *m* · *trib* · POTEST · XIIII ‖ *imp* · *xi* · · · *cos* · *v* · *pat* · *pat* [1]) — Cippus mil. in loco *Scala di Ciocca* Sardiniae, nunc in Museo Sassaritano. Della Marmora, *voyage en Sardaigne* II, p. 472, n. 20.

1) a. 68.

§. 10. GALBA. VITELLIVS.

5415. · · *sulpic*IVS · SER · F · GALBA · COS · [1]) PAVIMENTVM ‖ *faciundum locavi*T · EISDEMQVE · PROBAVIT — Tarricinae, in opere musivo. Bull. Inst. Arch. 1842, p. 98.

1) Imperator Galba cos. a. 33, cos. II a. 69; frater eius Gaius cos. a. 22. Incertum est, ad utrum titulus pertineat. Ad patrem eorum spectare nequit, quippe qui Gaii filius esset; cf. Borghesi, Ann. Inst. 1848, p. 268.

5416. Liberti imperatoris exstant apud Mur. 916, 6: SER · SVL-PICIO ‖ AVG · L · FAVSTO ‖ AB ADMISSIONE ‖ SER · SER · SVL-PICI ‖ AGATHEMER ‖ ET THALLVS ‖ CONLIBERTO — et 1014, 5.

5417. A · TVRRE · XXXVIII ‖ IMP · VITELLIVS · CAESAR [1]) — Fragmentum cippi mil. visum anno 1828 inter *Torralbam* et *N. S. di Cabu Abbas* Sardiniae. Della Marmora, voyage II, 472, 19.

1) Vitellium Caesaris nomen recusasse et inclinante tantum fortuna superstitione nominis Caesarem se dici voluisse constat (Tac. Hist. II, 62; III, 58; Suet. Vit. 8). Neque tamen propterea pro spurio titulum habendum esse censeo, quem testis locupletissimus exstare affirmat. Fieri poterat, ut in provincia nomen Caesaris ei tribueretur, antequam id eum aspernatum esse innotuisset, ut in nummis Alexandrinis idem nomen reperitur (cf. Eckhel, VI, p. 310). Quod si minus placet, exeunti eius imperio monumentum assignandum est.

§. 11. VESPASIANVS.

N. 741 extr. corr. P . P.

N. 746 cf. 2364.

N. 747 corr. Mommsen, I. N. 2400: FLAVIAE . DOMITILLAE ‖ *imp.* VESPASIANI . CAESARis AVG.

N. 749, v. 7 l. LEG . XIIII; v. 16 pro P l. F; Tonini, *Rimini* p. 352, 44, ex Cod. Rigazziano. Titulum plane similem eidem viro *salinatores civitatis Morinorum* fecerunt; l. l. n. 45.

N. 750 ipse vidi. Apicibus titulus distinctus est. V. 1 extr. A . . , i. e. *Aniensi*; Fea, *Fasti* p. CIII, qui versuum distributionem accuratius indicavit. Postea l. CHERONENSI, et errore quadratarii IN ‖ IN HISPANIAM.

5418. IMP · CAESAR · VESPASIANVS · AVGVSTVS · PONTIFEX ‖ MAXIMVS · TRIBVNIC · POTESTAT · V̄ · IMP · XIII · P · P ‖ COS · V̄ · DESIGNAT · V̄Ī · CENSOR [1]) ‖ EQVITIBVS · ET · PEDITIBVS · QVI · MILITANT · IN · ALIS SEX ‖ ET COHORTIBVS DVODECIM QVAE APPELLANTVR ‖ Ī · FLAVIA GEMINA · ET · Ī · CANNENEFATIVM · ET · ĪĪ · FLA‖VIA · GEMINA · ET · PICENTIANA · [2]) ET · SCVBVLORVM [3]) ‖ ET · CLAVDIA · NOVA · ET · Ī ·

THRACVM · ET · I · ASTVRVM || ET · I · AQVITANORVM VETERANA · ET · I · AQVITANORVM BITVRIGVM · ET · II · AVGVSTA CYRENAICA · ET · III || GALLORVM · ET · III · ET · IIII · AQVITANORVM · ET · IIII · VINDELICORVM · ET · V · HISPANORVM ET V · DAL||MATARVM · ET · VII · RAETORVM · ET · SVNT · IN · GER||MANIA · SVB CN · PINARIO CORNELIO · CLEMENTE [4] || QVI · QVINA · ET · VICENA · STIPENDIA · AVT · PLVRA || MERVERANT · QVORVM NOMINA · SVBSCRIPTA || SVNT · IPSIS · LIBERIS · POSTERISQVE EORVM · CIVI||TATEM · DEDIT · ET · CONVBIVM CVM VXORIBVS || QVAS TVNC · HABVISSENT · CVM EST · CIVITAS IIS || DATA · AVT · SI QVI CAELIBES · ESSENT · CVM · IIS QVAS || POSTEA · DVXISSENT · DVM · TAXAT · SINGVLI · SINGV||LAS A · D · XII · K · IVNIAS || Q · PETILLIO · CERIALE · CAESIO · RVFO II || T · CLODIO · EPRIO · MARCELLO · II · COS [5] || ALAE · SCVBVLORVM · CVI PRAEST (sic) || TI · CLAVDIVS · SP · F ATTICVS || GREGALI || VETVRIO · TEVTOMI F · PANNON || DESCRIPTVM · ET RECOGNITVM · EX · TABVLA AENEA QVAE || FIXA EST ROMAE · IN CAPITOLIO · INTRO · EVNTIBVS || AD SINISTRAM · IN MVRO · INTER DVOS · ARCVS — In parte externa tabulae aeneae rep. 1832, in vico *Sikátor* comitatus *Veszprimensis*. In parte interiore eadem repetuntur. In altera parte externa haec leguntur testium nomina: L · CAECILI · L · F · QVIR · IOVIANI || L · CANNVTI LVCVLLI · CLV · TVDER || L · IVLI · C · F · SILVINI CARTHAG || SEX · IVLI · C · F · FAB · ITALICI · ROM || P · ATINI · RVFI · PAL || C · SEMPRONI · SECVNDI || M · SALVI · NORBANI · FAB — Arneth, *Militärdipl.* tabb. III et IV, p. 29 sqq.; Cardinali, *Dipl.* VI; Cavedoni, *Notizia e dich. di un dipl. mil.*, *Modena*, 1832.

1) a. 74. 2) *Picentina* Tac. Hist. IV, 62 et C. I. Gr. 3991, ubi Boeckhius male *(B)*εικεντεινῆς. Nomen a Picente quodam (cf. n. 110) deducendum esse, exposui in *Rhein. Jahrbb.* 1848, quum tabulam hon. miss. Hadriani Augusti publicarem. 3) *Scubulos* Borghesius apud Cardinalium, op. cit. p. 91, pro *excubulis* sive *excubitoribus* dictos esse suspicatus est; mihi contra populi ignoti nomen esse videtur. 4) cf. n. 5256 et 5427. 5) cf. Cardinali, op. cit. p. 87 sqq. et n. 5425.

5419. LVI · A · TVRRE || IMP · CAESAR · VESPASIANVS · AVG || PONTIFEX · MAXIMVS · TRIB || POT · V · IMP · XIII · P · P · COS · V || DESIGN · VI · [1] CENSOR · REFECIT || ET · RESTITVIT · *curante* || SEX · SVBRIO · DEXTRO · PROC · ET · PRAES · PROV · SARDINIAE — *Macomer* Sardiniae. Della Marmora, voyage II, p. 469, 10. Alterum exemplum numero LV insigne l. l. n. 11.

1) a. 74.

5420. *imp · caesa*RI · VESPASIA*no* || *augusto · pont* · MAX · TRIB · POTES*t · vi* || *cos · vi · designa*T · VII · IMP · XIIII · P · P · C*ens* [1] || EX TESTAM*ent* || · · · · · *mae*C · MARCELLI · D [2] LEG · XI · CL*aud* || *piae · fid · pr*AEF · [3] CIVITATIS · MAEZE · · · || · · · · · · PATIVM · [4] PRAEF · CHOR · III · ALT · · · [5] || · · · · · · IANORVM · II · VIR · I · D · QVINQV*enn* || *patr*ONI COLONIAE — Boviani unde-

cimanorum (*Bojano*), Mommsen, I. N. 4987, cuius lectionem confirmavit postea Brunnius, nisi quod notavit v. 4, ubi Mommsenius dat *IIIIIIX*, male indicari pro rasura quod est spatium vacuum legique ibi EX.

1) a. *75.* 2) Mommsen edidit D, interpretatus *Deducti*. Equidem neque *deductum* per simile compendium indicatum esse censeo, neque hominem praefecturis functum simpliciter *deductum* posse appellari. 3) Idem: CL*aud* ‖ *pi*AE . F . Quo supplemento lacunam satis impleri nego; praeterea genitivus CIVITATIS vocabulo quodam eget, quo regatur. Satis autem noti sunt praefecti civitatum barbararum; cf. nn. 6938. 6939 cet. — De Maezeiis sic Mommsenius ind. p. 460: „Maezeiorum civitas in Pannonia sive Delmatia; v. Grut. 573, 1; Strab. VII, 5, 3; Plin. III, 22, 142; Ptol. II, 16, 8; Dio LV, 32." 4) fortasse *praef. coh* . . . *Canninefatium*. 5) ALP*inorum* ? M.

5421. DIS MANIBVS ‖ VITALI FECIT ‖ TYRANNVS ‖ POLLAE[1]) NOSTRAE ‖ ACTOR — Romae. Act. Acad. Pontif. Arch. II, p. 675.

1) Editor ad Pollam Vespasiani matrem titulum spectare opinatus est, cuius rei argumentum affert *nostrae* illud, quod nisi de imperatoribus dici non potuerit. Constat tamen cuiuscumque ordinis dominos a servis ita appellari solitos. Hoc tantum pro illius sententia militat, quod eodem loco monumentum quoddam effossum est, quo Domitia Domitiani commemoratur.

5422. SER · CORNELIO ‖ IVLIANO FRAT ‖ PIISSIMO · ET ‖ CAL*visi*AE · EIVS ‖ P · CALVISIVS ‖ PHILO*t*AS · ET · SIBI ‖ EX INDVLGENTIA ‖ FLAVIAE DOMITILL[1]) ‖ INFR · P · XXXV ‖ INAGR · P · XXXX — *Tor Marancio* in agro Romano. Bull. Inst. Arch. 1835, p. 155.

1) Vespasiani Augusti uxor, filia, neptis his nominibus appellabantur; quum vero uxor et filia ante susceptum imperium decesserint, verba autem *ex indulgentia* fortunam quandam altiorem indicare videantur, neptem Calvisio favisse credo. — Ad eandem pertinet titulus in Mus. Vat. asservatus:

5423. TATIA · BAYCYI · · *nu*‖TRIX · SEPTEM · LIB*erorum* ‖ DIVI · VESPASIAN*i* · *et* ‖ FLAVIAE · DOMITIL*lae* ‖ VESPASIANI · NEPTIS · *I* · · · ‖ EIVS · BENEFICIO · HOC · SEPHVLCRV*m*[1]) ‖ MEIS · LIBERTIS · LIBERTABVS · PO*sui* — *Nov. lett. Fior.* 1772, p. 678. V. ipse.

1) [Legerim: Tatia Baucy*lla*, *nutrix* septem lib*erorum* divi Vespasian*i* *Aug.* *et* Flaviae Domitil*lae* Vespasiani (*uxoris*), neptis *Augusti* eius beneficio hoc sephulcru*m* *mihi et* cet. Mommsen.]

* **5424.** DIS MANIBVS ‖ DOMITILLAE · VESPASIAE ‖ VESPASIANI · FILIAE · QVAE ‖ NON · PERENNAVIT [1]) — Interocrii. Bull. Inst. Arch. 1838, p. 188; Ann. Inst. Arch. 1838, p. 300; Mommsen, I. N. 878*.

1) Cardinalius (Bull. l. l.) suo iure ut spurium titulum condemnavit, ex eo potissimum loco Suetonii confictum, quo soror quaedam Vespasiani commemoratur, *quae non perannavit* (Vesp. 5). Defendit frustra Urlichsius (Ann. l. l.). Ipse autem ille titulus, quem una cum hac inscriptione repertum esse affirmat, apographum est parum diligenter confectum monumenti sub porta Interocrii muro infixi; cf. Fabr. 400, 292, et Mommsen, I. N. 6261.

5425. T · CLODIO · M · F · PAL ‖ EPRIO · MARCELLO ‖ COS · II · [1]) AVGVRI ‖ CVRIONI · MAXIMO ‖ SODALI · AVGVSTALI ‖ PR · PER · [2]) PROCOS ‖ ASIAE · III [3]) ‖ PROVINCIA · CYPROS — Capuae, nunc in Museo Borbonico. Avellino, *sopra un' epigrafe del R. Museo Borbonico* ecc., Napoli 1831, 4; cf. Borghesi, Bull. Inst. Arch. 1831, p. 147; Mommsen, I. N. 3599.

1) cos. I suff. inter annos 811—814; cos. II a. 827 = 74. Borghesi, l. l. et 5418. 2) Praetor uno die a. 801; Tac. Ann. XII, 4. 3) tribus annis continuis 824—827; ll. ll.

5426. C · DILLIO · A · F . SER · VOCVLAE [1]) ‖ TRIB · MIL · LEG · I · IIIIVIRO · VIARVM ‖ CVRANDAR · Q · PROVINC · PONTI · ET ‖ BITHYNIAE · TR · PL · PR · LEG · IN ‖ GERMANIA · LEG · XXII · PRIMIGENIAE [2]) ‖ HELVIA · T · F · PROCVLA · VXOR · FECIT — Romae. Mur. 697, 5.

1) Eius frequens mentio in historia belli contra Civilem gesti; cf. Tac. Hist. IV. 2) Hoc titulo apud Tac. Hist. IV, 24 *duoetvicesimae* legendum esse certo constat; cf. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1839, p. 167.

5427. CN · PINARIVS · L · F · PAP · COR*nelius* · *clemens* · *cos* · *aug* · ‖ LEGAT · PROPR · EXERCITVS · QV*i* · *est* · *in germania sup* · *cur* · *aedium* ‖ SACRARVM · LOCORVMQ · PVBL*icor* · *honoratus* · *a senatu* ‖ TRIVMPHALIBVS · ORNAMENT*is* · *auctore* · *imp* · *caes* · *vespasiano* · *aug* · *ob res* ‖ IN GERMAN*ia* · *prospere* · *gestas* [1]) — Hispelli. Grut. 451, 6; rest. Borghesius apud Cavedonium, *Dipl. mil.*, p. 16, inde Cardinali, *Dipl.* n. 122. Ipse vidi et descripsi.

1) cf. de legatione eius Germanica n. 5256 et 5418. — Borghesius in v. 2 scripsit *exercitus*, *qui est in Africa*; quum vero nihil de legatione eius Africana constet, equidem collato titulo n. 6501 *in Germania* maiore cum probabilitate scribi censui. Id quod nunc confirmatur n. 5256 postea invento.

§. 12. TITVS. IVLIA TITI FILIA.

N. 753 spurius; Mommsen, I. N. 520*.

N. 754, v. 2 PLEPS; v. 4 ACCIPIT. Exstat Neapoli in Museo Borbonico, ubi v. Mommsen, I. N. 6786.

1) Etruscum Decium, qui hoc quidem anno Augustus dictus est, ineunte mense Iunio eo honore nondum ornatum fuisse hoc titulo patet; cf. Borghesi, *Iscr. renane dello Steiner*, p. 4 (Ann. Inst. Arch. 1839, p. 129). Cos. a. 251.

5538.

q · HERENNIO · AETRVSCO · MES
*si*O DECIO · NOBILISSIMO · CAES
*p*RINCIPI · IVVENTV
tis · TRIB · POT · [1]) COSS · DE
*si*GNATO · FILIO
*im*P · CAES · C · MESSI · Q · TRA
*ia*NI · DECI · INVICTI · PII ·
fel · AVG

C VALENTI · HOSTIL*iano messio*
Q NOBILISSIMO · *caes* · *filio*
IMP · CAES · MESSI · *q* · *traiani*
DECII · INVICTI · *pii* · *felicis*
AVG · PONT · MAX · *trib* · *pot*
II · COSS · II · DE*sign* · *iii* [2])
P · P · PRO · *cos*

Faleriis. Borghesi, op. cit. p. 26.

1) De tribunicia potestate Herennii Caesaris cf. Bull. Inst. 1852, p. 16, et n. 5540. 2) a. 250. — Hostilianum eodem anno cum fratre, sed mensibus nonnullis post eum tribunicia potestate honoratum esse, affirmat Borghesius, Bull. Inst. Arch. 1852, p. 134. Ibidem Hostilianum Augustum quidem cum Treboniano Gallo dictum, sed ante finem anni pestilentia abreptum esse verbis comprobat Aurelii Victoris *de Caess.*, quae cum monumentis optime conspirare demonstrat; Volusianum deinde, antea Caesarem, Augustum in eius locum dictum esse et consulatum suscepisse illi destinatum.

5539. C · VALENTI · HOSTILIAN*o* ‖ MESSIO · QVINTO ‖ NOBILISSIMO CAESAR*i* ‖ TRIB · POTEST · II PRINCIPI IVVEN*t* ‖ FILIO ‖ ············ — Romae. Mur. 257, 7 ex Donio III, n. 51, cuius exemplum diligenter et accurate confectum esse ex cod. Vat. Aleandri iunioris (n. 7113, f. 31) confirmavit nuper eq. de Rossi (Bull. Inst. 1852, p. 17.), qui ad restituendum titulum sequentem eo usus est:

5540. *q* · *herennio* · *etrusco* · *messio* · *decio* · *nob* · *caes* ‖ *principi* · *iuventu*TIS · TRIB · POT · *cos* · *des* · *et* [1]) ‖ *c* · *valenti* · *hostili*ANO · MESSIO · *quinto* · *nob* ‖ *caes* · *principi* · *iu*VENTVTIS · *trib* · *pot* · *filiis* [2]) ‖ *imp* · *caes* · *c* · *mess*II · QVINTI · *traiani* · *decii* ‖ *pii* · *felici*S AVGVS*ti* · *pon*‖*tificis* · MAX · TR*ib* · *pot* · *ii* [3]) ‖ *cos* · *ii* · *des*IGNAT · *iii* · [4]) *pa*‖*tris* · *pa*TRIAE · *pro* · *cos* ‖ ······ S VIATO*res* · *qui* ‖ *caesarib* · ET · COS · *et* · *pr* ‖ *apparent* · *et* · *h* · *u* — Romae, rep. in coemeterio *inter duas lauros* viae Labicanae. Bull. Inst. Arch. 1852, p. 15; rest. de Rossi.

1) vel: *ii . cos . et.* 2) vel: *trib . pot . ii* (?). 3) vel: *iii.* 4) vel: *cos . iii . des*IGNAT . *iiii.*

De Herennia Etruscilla cf. n. 5221.

§. 31. TREBONIANVS. VOLVSIANVS. AEMILIANVS.

N. 997, cf. quae de hac inscriptione deque origine imperatoris Treboniani et patria eius Perusia exposuit Borghesius, *lapide Gruteriana* cet. p. 30 (Att. Acad. Taur. vol. XXXVIII), et *iscrizione perugina della porta Marzia* p. 17 (*Archivio storico* vol. XVI).

N. 1001 versus priores posterioribus genuinis agglutinati sunt.

5541. IMP CAESAR ‖ C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS ‖ INVICTVS PIVS FELIX ‖ AVG · PONTIF MAXIMVS ‖ TRIB POT P P COS II PROCOS VI [1]) ‖ IMP CAESAR C VIBIVS ‖ AFINIVS VOLDVMNIANVS (sic) ‖ VOLVSSIANVS FELIX AVG ‖ viAM IMBRIBVS · · · · · · — Miliarium rep. in loco *Oued-Hammam* inter *El Arrouch* et *Philippeville*. Clarac, *Musée*, *Inscr.* pl. LXXIV, 34; corr. *Exploration de l'Algérie*, *Archéol.* pl. 47, 1.

1) corr. ET.

5542. M · P · LXXVIIII · ‖ IMP · CAES · M · AEMILIO · AEMILIANO · PIO · FELIC · INVICTO · AVG ‖ PONT · MAX · TRIB · POT · P · P · PROCOS ‖ VIAM · QVAE · DVCIT · A · KAR · TVRR [1]) ‖ CVRANTE · M · CALPVRNIO · CAELIANO ‖ PRAE · · · · · SVO [2]) — Mil. rep. *Fordungiani* Sardiniae, nunc in Mus. Caralitano. Della Marmora, *voyage* II, p. 468, 7.

1) A . KAR*alibus* TVRR*es*. 2) PRAE*s(ide) prov. Sard. proc.* SVO; cf. op. cit. p. 468, 8, 9 et 469, 10; 471, 14.

§. 32. VALERIANVS. GALLIENVS. SALONINA. SALONINVS. VALERIANVS IVNIOR.

N. 1004, not. 1. Nihil deesse constat collatis titulis Mur. 253, 6, Or. 533, nostra n. 5131.

N. 1008 corr. IMP . *caes. p. lic.* ‖ EGNATI . *gallieni* ‖ PII . FEL . AVG . *Pont* ‖ MAX . TR . P . *iii* ‖ P . P . COS . II . P . . .; Furlanettus enim omnes versus in fine mutilos exhibet; *lap. pat.* LXVI, p. 58; cf. Borghesi, l. l. p. 520.

N. 1009, a) v. 5: pro S . S . vidi Z7; v. 8 AEIVS; b) v. 5 CAESARE; vidi in Museo Capitolino.

N. 1013 inter spurios retulit Mommsen, I. N. 647 *.

N. 1014, v. 1 VERON . N .; v. 2 CO*s*; VERONENS .; v. 3 DEC .; v. 4 AVR . MARCELL.

5543. IMP ' CAES ' P LICINIO ‖ GALLIENO PIO FELICI ‖ AVG ' ‖ COL ' IVLIA CASTRO‖NOVO DEVOTA ‖ NVMINI MAIESTATIQ ' EIVS ‖ D D — Castronovi. *Antologia Rom.* 1776/7, III, p. 411. Vidi ipse in Mus. Vat. — Cf. n. 1009.

5544. M · P · CLXVI ‖ DD · NN ‖ IMP · CAESARE · P · *licinio* · *val*ERIANO ‖ INBICTO · AVG · P · PATR · P*ont* · MAX ‖ GERMANICO · MAXIMO · TRIBVN*ic* ‖ POTESTATIS · COS · III · P · PATRIAE [1]) ‖ IMP · CAESARE · LICINIO · G*allie*NO · PIO · FELICI · INBICTO · AVG · *pont* · *max* ‖ GERMANICO · MAXIMO · *tribun* · *potest* ‖ COS · III · PAT · PATRIAE · PROCOS · IIII · [2]) ‖ P · *licinio* · *salonino* · VALERIANO ‖ CAE*s* · [3]) *principe* · *iuventutis* ‖ B*iam* · *quae* · *karalibus* · *ducit* ‖ O*lviae* · *vetust*ATE · CORR*uptam* ‖ *restituit* · *curante* · · · · · · · · · · *i*ANVARIO ‖ PROC · SVO — Miliar. inter *Oschiri* et *Terranova* Sardiniae. Della Marmora, *voyage* II, p. 474, n. 22.

1) corr. COS . IIII . PROCOS. Puto etiam pro CAESARE ubique dativum ponendum esse. 2) Pro IIII corr. ET. 3) In fine versus praecedentis NOB excidit. — Annus est 257.

5545. *imp* CAES · P · LICINIO ‖ *gal*LIENO PIO FEL ‖ *augus*TO GERM ‖ *max* PONT · MAX ‖ *dacic* · MAX · TRIB ‖ *pot* · *x*IIII · COS ‖ *vi* DESIGN VII ‖ *tean*ENSES · D · D [1]) — Teani. V. Mommsen, I. N. 3991.

1) a. 265. — *Dacici maximi* nomen, licet loco parum apto collocatum, supplevi ex Grut. 275, 3. 4.

5546. P · L*ic*I‖*nio* · *corn*E‖LIO · SALONI‖NO · NOBILI‖SSIMO · CAE‖SARI ∾ CIN‖GVLANI ‖ PVBLICE ‖ D · D · P · ∾, et: D*i*VO ‖ V*ale*‖*riano* [1]) ‖ CAES ‖ CING‖VLANI ‖ D · D · P · ∾ — Cinguli. Bull. Inst. Arch. 1846, p. 167.

1) De hoc cf. titulum Sitifensem n. 5335. Est enim P. Cornelius Licinius Valerianus, nepos Valeriani Aug., filius Gallieni Aug., frater Salonini nob. Caesaris et postea Augusti. Hic est filius ille Gallieni, quem a. 259 Postumus Coloniae Agrippinae interfecit; cf. Eckhel VII, p. 421, qui pro Salonino filium occisum habuit, et contra disputantem Cavedonium, in *Albo*, ephemeridibus quibusdam Romanis, a. XIX, n. 17, p. 134, ubi Letronnium (*Journal des Savants* 1847, p. 730) secutus quaestionem valde difficilem optime expediit. Praeter nomina autem ante commemorata nomen Salonini huic quoque fuisse nummis confirmat, omnes nummos *Divo Salonino* inscriptos ei tribuendos esse docens, ad eumque titulum spectare Grut. 275, 5. Ab eo autem distinguendus est Valerianus quidam frater Gallieni cos. II cum Lucilio (Or. 1014), ut recte Norisius quoque intellexit (Epistola consularis II, cuius fragmentum Ortius nuper edidit [Ann. Inst. Arch. 1851, p. 70 sq.], ipsam epistolam mox prolaturus), qui in eo tamen a vero aberravit, quod, quamquam Saloninum et Valerianum filios Gallieni agnovit, illum a Postumo interfectum esse proposuit. — Ad Saloninum spectat titulus Asisii repertus, quem cum Borghesio Bettius, ille mecum communicavit: P. CORNEL ‖ SALONINO ‖ VALERIANO ‖ NOBIL. CAES ‖ PRINCIPI. IVVEN-‖TVTIS. FILIO ‖ IMP. GALLIENI ‖ AVG. SOD. Contra frater Gallieni Valerianus ille est, qui in hoc titulo Faleriensi commemoratur:

5547. *p* · LICINIO · V*ale*‖RIANO · IVN · N · *v* [1]) — Ann. Inst. Arch. 1839, p. 56; cf. eund. Bull. 1852, p. 140.

1) *Nobilissimus vir* supplevit Borghesius, neque C pro *Caesare* facile eo loco scribi, nec voci CAES spatium sufficere docens.

§. 33. TRIGINTA, QVI DICVNTVR, TYRANNI.

N. 1016 extr. FEL. AVG, Gough, *additions to Camden* III, t. IV, p. 100.

N. 1019 a Sponio, Misc. p. 174, iisdem litteris, sed sine lacunis repraesentatur.

5548. IMP ‖ M C [1]) PIA‖VONIO ‖ VICTOR‖INO AVG — *Pyle* prope *Neath* in agro Glamorgensi, nunc in Museo Swanseiensi. *Archeological Journal* III, p. 274.

1) In nummis *Marcus* appellatur, unde M et C male exscriptae locum mutasse videntur, praesertim quum C(*aesar*) in monumento huius generis vix deesse possit.

5549. IMP C · C · ‖ POESVIO ‖ TETRICO ‖ P E AG [1]) — *Bittern* prope *Southampton*. Archaeologia XXIX, p. 257.

1) corr. P(*io*) F(*elici*) AVG(*usto*).

§. 34. CLAVDIVS GOTHICVS. AVRELIANVS.

N. 1020, v. 1 AVR; v. 4 pro *et* l. II; v. 5 MAXIMOQ; v. 6 MAIESTATIQ; Finestres II, 28.

N. 1024 pro P. ET recte Schoenwisner P. F; Acta litt. Mus. nat. Hungar. p. 265, n. 48, ubi versus aliter divisi leguntur, initio vero CAES pro *caesari*. Cognomen CONSTANS nunc desideratur, legitur tamen apud Schoenwisner; cf. n. 4985.

5550. IMP CAES L ‖ DOMITIO AV‖RELIANO PIO FELI‖CI AVG P · P · CON‖SVLI CASTRONO‖VANI · EX D D P — Castronovi, nunc in Mus. Vat., ubi vidi. *Antologia Romana* 1777, p. 297.

5551. IMP · C · L · D · AVRE‖LIANO · P · F · INVI · C[1] ‖ AVG PONT · M · T · P · VII ‖ COS III · GER · M · GOT · M · PA‖R · M · DA · M · CAR · M · IM[2]) — Mil. rep. 1843 prope Aurelianum Galliae, nunc in Mus. publ. Aurelianensi. Dedit mihi Mommsenius ex schedis Borghesii.

1) iunge INVIC*to*. 2) PAR*thico* . M*aximo*. DA*cico* . M*aximo* . CAR*pico* . M*aximo* . IM*peratori*. Cognomen Dacici nescio num in aliis antea monumentis lectum sit; cf. nummos Aureliani cum inscriptione DACIA FELIX; Eckhel, VII, p. 481. De *Carpici* cognomine cf. Vopisc. 30, et Or. 1029. Alterum huius tituli exemplum ibidem asservatur, eo tantum diversum, quod nomen *Patris Patriae* post PONT . M in eo legitur. In utroque monumento nota trib. pot. VII, quae parum constat cum sententia Eckhelii de *terminis imperii* Aureliani, VII, p. 484 sqq. — In fine IM minus recte lectum esse credo.

5552. VLPIE · SEVE‖RINE · AVG ‖ CONIVGI · D · N ‖ AVRELIANI · IN‖VICTI · AVG ‖ MATRI · CAS‖TRORVM ‖ RES · PVB ‖ POLENS — Polae. *Istria* I, p. 27; cf. titulum Allifanum apud Mommsen, I. N. 4750.

§. 35. TACITVS. FLORIANVS. PROBVS. CARVS. NVMERIANVS. CARINVS.

N. 1033, v. 3 pro *v. c* l. AVG.

N. 1037, not. 2 l. *Vicem Praesidis*.

N. 1042 spurius; cf. Mommsen, I. N. 147*.

N. 1043 mihi certe suspectus, praesertim propter nomen *Numerii* Numeriano inditum, in hoc tantum et altero marmore Hispanico (Mur. 256, 7) obvium.

N. 1044: itidem *susp.* quod *nobilissimus Caesar* Carinus eodem tempore Imperator et Augustus dicitur.

N. 1045, tit. 2, v. 3, 4 AVR . CARO; v. 5 TR . P . COS . II; tit. 3 post *Numeriano* desideratur NOBILISSIMO . CAESARI; Finestres, Inscr. Catal. II, 32.

5553. IMP · CAES*ari* ‖ M · CLAVDIO · T*acito* ‖ PIO · FELIC*i* · *inv* ‖ AVG — Allifis. Mommsen, I. N. 4751.

5554. IMP CA*e*S ‖ M · ANNIO ‖ FLORIANO ‖ PTL NVICTO[1]) ‖ AVG ‖ M · P · LI — *Castor* in agro *Northampton*. Artis, *Durobrivae of Antoninus*, pl. XV, fig. 2 (Newton, Excerpta ex inscr. de Brit. p. CIX, 27 d.)

1) corr. P . *fe*L *i*NVICTO.

5555. *imp* CAESAR*i* ‖ M · AVRELIO ‖ PROBO · PIO ‖ FELICI . AVG ‖ PONTIF · MA‖XIMO · TRIB[1]) . . . . — In via Romana inter *Kaf* et *Testour*, provinciae Tunetanae. *Revue Archéol.* I, p. 827; Temple, *Excursions* II, 282.

1) cf. n. 5312, 5524.

5556. *imp · caes · m · aurelio · caro* ‖ PIO · FEL · INV*icto* · *aug* ‖ *e*T M · AVRELIO · CA*rino* ‖ *n*OB · CAES · PRINC · IVB ‖ ET · M · AVRELIO ‖ NVMERIANO ‖ *n*OBILISSIMO · CAES ‖ *c*VRANTE · M ·

ELIO · VITALE ‖ VP · PRAES · PROVINCIAE ‖ SARDINIAE — Mil. rep. *Fordungiani* Sardiniae, nunc in Mus. Caralitano. Della Marmora, voyage II, 468, 8.

5557. IMP CAES · M · A*u*‖RELIO CARINO INV‖*ic*TO PIO FELICI AVG ‖ PONTIFIC MAXIMO ‖ TRIBVNICIAE PO‖TESTATIS PATER PA‖TRIAE PROCONSVL ‖ VIAM IMBRIBVS ‖ ET VETVSTATE ‖ *collap*SAM CVM ‖ *pontibus* . . . RESTI*tuit* [1]) — *El Arrouch.* Clarac, *Musée*, *Inscr.* pl. LXXV, 35. In via, quae a Rusicadi Cirtam ducit; *Exploration de l'Algérie*, *Archéol.* pl. 47, 4.

1) scr. *pontibus* collato titulo Decii imperatoris in eadem via reperto; *Expl.* l. l. n. 3.

5558. PRINCIPI IVVENTVTIS ‖ M · AVRELIO ‖ NVMERIANO ‖ NOB · CAES — Saepini. Mommsen, I. N. 4924.

5559. IMP · CAESRI (sic) M · AVRE‖LIO · *numer*IANO ‖ PIO · FELICI · INVIC‖TO · AVG · P · P · COSV‖LI · TRIBVNICIAE ‖ POTESTATI ‖ CASTRONOVANI ‖ D D P — Rep. Castronovi; nunc in Mus. Vat. — Antologia Rom. 1777, p. 158. V. ipse et correxi.

Magniae Urbicae Carini titulum v. Or. 5057.

§. 36. DIOCLETIANVS. VAL. MAXIMIANVS. CONSTANTIVS CHLORVS. GAL. MAXIMIANVS. GAL. VALERIA. FL. SEVERVS. MAXIMINVS DAZA. MAXENTIVS. ROMVLVS. MAXIMILLA. LICINII DVO.

N. 1052a, v. 3 pro *p. t* scr. P . F.

N. 1054, v. 2 PERPVRGATIS (?); v. 4 ADMIRABILIVM; v. 5 FABRICARVM; v. ult. DIONYSIO; Anon. Einsiedl. ed. Haenel (*Archiv f. Phil.* cet. V, 1), p. 125.

N. 1056 rest. Mommsen, Gerhard, *Arch. Ztg.* 1846, p. 229 et *Epigr. Anall.* 14 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 308) ex Anon. Einsiedl. XVI (Maz. 14; Grut. 178, 7 e Maz.; 179, 1 ex cod. Carp.; 178, 4 ex Panvinio) et fragmentis Maz. 36 (Smet. 9, 6; Grut. 178, 8) et Don. II, 28): DD NN DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS INVICTI ‖ SENIORES . AVGG . PATRES . IMPP . ET . CAESS . ET ‖ DD . NN . CONSTANTIVS . ET . MAXIMIANVS . INVICTI . AVGG . ET ‖ SEVERVS . ET . MAXIMINVS . NOBILISSIMI . CAESARES [1]) ‖ THERMAS . FELIC*e*S . *dio*CLETIANAS . QVAS ‖ *m*AXIMIANVS . AVG . *absen*S . EX . AFRICA . SVB ‖ *pr*AESENTIA . MAIE*statis* . DISPOSVIT . AC ‖ *f*IERI . IVSSIT . ET . DIOCLETIANI . AVG . FRATRIS . SVI ‖ NOMINI . CONSECRAVIT . COEMPTIS . AEDIFICIIS ‖ PRO . TANTI . OPERIS . MAGNITVDINE . OMNI . CVLTV ‖ PERFECTAS . ROMANIS . SVIS . DEDICAVERVNT. — Thermae dedicatae sunt inter Kal. Maias anni 305 et VII Kal. Aug. 306.

N. 1059, v. 8 dele MITYLEN; de Rossi ex schedis Vaticanis quibusdam.

N. 1061 mihi certe suspectus, similis titulis nn. 877. 886. 985, et eiusdem, ni fallor, originis.

N. 1063, v. ult. DIC . N . M . Q . EIVS; a latere titulus hic exstat: DED . KAL . FEBR ‖ MAXIMO . ET . AQVILINO . COS; monumenti vetustioris reliquiae.

N. 1064, v. 5. 6 explica: V*ir* P*erfectissimus* P*raeses* P*rovinciae* N*orici* M*edi*-T*erranei*, cf. n. 5259.

N. 1065 spurius; cf. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1846, p. 320.

N. 1068, v. 1 IMP . CAES ‖; Mommsen, I. N. 6297.

N. 1069, v. 2 FILIO (non I FILIO); v. 3 INVICT (non I . INVICT). Post SEN littera excidit. Kellermann, apud Or. Anall. epigr. p. 36; vidi ipse. Notas NV,

NVB, NVBIS explicat *Nobilissimus Vir*, *Nobilissimus Vir Bis* vel BIS (*consul*) Borghesi, *memoria sopra Valeria Massimilla*, p. 8.

N. 1071, v. 2 pro D. M corr. D. N.

5560. Nomina Diocletiani, Maximiani, Caesarum filiorum nunc plenius leguntur in edicto *de pretiis rerum venalium*, cuius exordium hic referendum censui, iis, qui ipsum decretum cognoscere voluerint, Mommsenii libellum commendans, in quo nuper exempla eius ad nostram usque aetatem conservata collegit, restituit, illustravit (*Ber. d. S. Ges. d. W.*, *phil. hist. Cl.* 1851), addito paullo post fragmento quodam Carystio quod Schaubertus cum eo communicarat (l. l.). Exordium autem in solo exemplo Aegyptiaco, quod Aquis Sextiis nunc exstat, legitur a Mommsenio restitutum ita: *imp · caesar · c · aurel · val · diocletianus · p · f · inv · aug · po*NT · MAX · GERM · MAX · VI · SARM · MAX · IIII · PERSIC · MAX · II · BRITT · MAX · CARPIC · MAX · ARMEN · MAX · MEDIC · MAX · ADIABENIC · MAX · TRIB · P · XVIII · COSS · VII · IMP · XVIII · P · P · PROCOSS · ET · IMP · CAESA*r* · M · AVREL · VAL · MAXIMIANVS · P · F · INV · AVG · PONT · MAX · GERM · MAX · V · SARM ‖ *max · iiii · persic · max · ii · britt · max · carpic · max · armen · max · medic · max · adiabenic · max · tri*B · P · XVII · COSS · VI · IMP · XVII · P · P · PROCOSS · ET · FLA · VAL · CONSTANTIVS · GERM · MAX · II · SARM · MAX · II · PERSIC · MAX · II · BRITT · MAX · CARPIC · MAX · ARMENIC · MAX · MEDIC · MAX · ADIABEN · MAX · TRIB · P · VIIII · COSS · III · NOBIL · CAES · ET · G · VAL · MAXIMIANVS · GERM · MAX · II · SARM ‖ *max · ii · persic · max · ii · britt · max · carpic · max · armenic · max · medic · max · adia*B · MAX · TRIB · P · VIIII · COSS · III · NOBIL · CAES *cet.* Pertinet ad annum 301 secundum sententiam Mommsenii, Borghesius vero anno 300 decretum tribuit, nona nisus tribunicia potestate Constantii Chlori, qui Kal. Martiis anni 292 Caesar declaratus erat. De singulis cf. l. l. et Eckhel, VIII.

5560 a. I · O · M · F ‖ CNI · 1) PRO ‖ SALVTE · DO 2) ‖ NN · IOVIO*rum* ‖ ET · HERCVLIO*rum* ‖ AVGG · NN — Sirmii. *Alterth. d. Oesterr. Monarchie* (*Wiener Jahrbb.* 1829 sqq.), n. 283.

1) l. *Et her*CVLI. 2) l. DD.

5560 b. FORTISSIMO · AC ‖ FLORENTISSIMO ‖ IMP · CAES · C · AVR · VAL ‖ DIOCLETIANO ‖ P · F · INVICTO · AVG · CONS V ‖ P · P · OFFAS 1) ‖ CVRANTE · TIB · CL · SEVERO V C ‖ D N MQ EIVS · SEMPER — Romae, in Mus. Vat. Amaduzzi, *Anecdd. litt.* III, p. 469. V. ipse.

1) Sic, licet nesciam, quid sit. [Id ipsum puto quod n. 3817 significatur verbis *ex collatione epuli* et n. 3722 *ex sportulis suis*; sodales nescio qui sportulas offis emendis destinatas contulerent ad statuam imperatori faciendam. Similiter *eocae* positae sunt n. 4419. MOMMSEN.]

5561. IMP · C · MARC*us* 1) *aurelius* ‖ BALERIVS DIO*cleti*‖ANVS · P · F · INVI*ctus · aug · et* ‖ IMP · C · M · AVR*elius* ‖ MAXIMIANVS ·

p · f · invic‖TVS · AVG*ustus · et* ‖ FLAVIVS · VA*lerius* ‖ CONSTAN*Tius · et* ‖ GALERIVS · *val · maximianus* ‖ NOBB · CA*ess* ‖ PASS*uum m* ‖ X · · · — In agro Melfitano, ad viam Herculiam pertinens. Mommsen, I. N. 6296 a; cf. 6296 b.

1) De hoc praenomine pro vulgari C. Diocletiano dato cf. l. l.

5562. FORTISSIMO *clementissimo* (?) ‖ INVICTISSIMO *principi* ‖ DOMINO NOSTRO *imp · caes* ‖ MARCO AVR · VA*l · maximiano p · f* ‖ *invicto semper augusto* cet. — Romae, in ruderibus basilicae Iuliae, quam a Diocletiano et Maximiano restitutam esse constat. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 140.

5562 a. DIVO • ‖ M AVR VAL ‖ MAXIMIANO ‖ SENIORI — Amiterni. V. Brunnius.

5563. *i*MP CAES FLA‖VIO VALERIO C‖ONSTANTIO ‖ INVICTO PIO ‖ FELICI AVG PON‖TIFICI MAXIMO ‖ TRIBVNICIAE ‖ POTESTA*ti*S XIV [1]) ‖ *i*MP XI [2]) CONS ‖ V [3]) P P P VALE*rius* [4]) ‖ *a*NTONI*nus v · p · p* ‖ *provi*NC · *N*u*M*i*DI*ae ‖ P P P [5]) — *Anouna. Exploration de l'Algérie, Archéol.* pl. 168, 12; corr. et rest. Borghesius, apographo usus a Francogallo quodam ei tradito.

1) Est Constantius Chlorus, qui anno 305 Augustus dictus est. Ad eum vero annum Borghesius titulum pertinere docet; litterarum enim vestigiis trib. pot. XIV indicari videtur; cf. n. 5560. 2) In utroque exemplo APTI. 3) In apographis E, quod corrigendum est, quum *quinqu*E ibi scriptum esse nequeat. 4) VAII, in apographo utroque. 5) Quum consueta formula monumentorum Africae D D P P hac certe aetate vix in usu fuerit, Borgh. D N M Q E legendum esse censet.

5564. DIVO ‖ FLAVIO VALERIO ‖ CONSTANTIO ‖ COLONIA · MINT [1]) — Neapoli. Mommsen, I. N. 4058.

1) MINT*urnensium*.

Hic inserendus erat n. 5585.

5565. C · FLAV · GALER · LICINIVS [1]) ‖ AVG · BONO OMNIVM ‖ NATVS ‖ D · D · D · N · N · N ‖ CRISPO · LICINIANO ‖ ET · CONSTANTINO ‖ NNN · OOO · BBB · CAESSS ‖ M · XX — Mil. rep. (prope Miletum in Bruttiis. Op. cit. 6281.

1) De nominibus Licinii patris cf. Eckhel VIII, p. 67. Ad eundem pertinet titulus Canusinus, l. l. 6291:

5566. D · N · IOVIO [1]) ‖ LICINIO · IN‖VICTO · SEM‖PER · AVG —

1) cf. Eckhel, l. l., qui nomen Iovii adoptione a Diocletiano in Galerium Maximianum, ab hoc in Maximinum et Licinium transmissum esse demonstrat (Or. 1047. 1051).

5567. PROVIDENTISSIMO ‖ FORTISSIMOQVE · D · N ‖ VALERIO · LICINIANO ‖ LICINIO · PERPETVO ‖ AC · SEMPER · AVG ‖ · · · · SEPTIMIVS · IA‖NVARIVS · V · C · PRAES ‖ PROV · SARD · DEV ‖ NVMINI · MAIESTATIQ ‖ EIVS — *Porto-Torres* Sardiniae. Della Marmora, *voyage* I, p. 478, n. 30.

5568. *imp · caes · va*LERIO ‖ *licinia*NO ‖ *licinio* PIO F ‖ · INVICTO · AVG · P ‖ M · TRIB · P · III · CON ‖ P · P · PROCOS · R · P ‖ PARENTINOR [1]) ‖ D · NVM · MAI ‖ *que* AEIVS (sic) — Parentii 1845. Ortius cum Borghesio communicavit.

1) cf. quae ad n. 72 adnotavi.

5569. IMPRATORI (sic) · CESARI ‖ VALERI · · LICINIANIO (sic) LICINIO · NOBILISSIMO · CESARI[1] ‖ C · N · L · XIII[2]) — In silva *Bienwald*, nunc Spirae. Steiner, I. Rh. 199; corr. id. I. Dan. et Rh. I, 753 ex Jäger, *Jahresber. d. h. V. d. Pfalz* I, 1848, p. 31.

1) Nomen imperatorium Licinio Caesari necdum Augusto fuisse hoc titulo constat, ita ut Caesar eodem modo, quo Titus, Traianus, Antoninus Pius, Valerius Severus fuerit; cf. Borghesi, *I. Renane* p. 4 (Ann. Inst. 1839). 2) *Civitas Nemetum Leugae* XIII.

5570. DOMINO · PATRI ‖ M · VAL · MAXENTIO ‖ VIRO · CLARIS ‖ VAL · ROMVLVS · C · P ‖ PRO · AMORE ‖ CARITATIS · EIVS ‖ PATRI · BENIGNISSIMO — *Zagaroli*. Mur. 753, 3, et:

5571. DOMINAE · MATRI ‖ VAL · MAXIMILLAE ‖ NOB · FEM ‖ VAL · ROMVLVS · C · P ‖ PRO · AMORE ‖ ADFECTIONIS · EIVS ‖ MATRI · CARISSIMAE[1]) — Ibd. Maff. M. V. 316, 6.

1) Maxentius, qui postea imperavit, eiusque coniux Maximiani imperatoris filia, cui titulus *nobilissimae feminae* propter ipsam hanc originem datus est; cf. Borghesi, *memorie sopra Valeria Massimilla* cet.

§. 37. HELENA CHLORI. CONSTANTINVS MAGNVS. FAVSTA. CRISPVS. CONSTANTINVS II. DELMATIVS.

N. 1074, v. 5 exeunte FL nunquam exstitisse, nomen vero *Crispi* abrasum esse Mommsenius notavit (I. N. 106). Garruccius autem, eius rei a Borghesio certior factus, etiam vestigia nominis recognovit (*Iscrizz. di Salerno* p. 19, n. 4); v. 6 in. ET itidem abrasum; v. 8 ALPINIVS; v. 9 IBRITTIORVM „sic" Mommsen l. l., et Mercklin, qui et ipse exscripsit; Garruccius l. l. lectionem vulgatam retinuit. Titulus positus est inter annum 323, quo Constantius Caesar nominatus, et annum 326, quo Crispus interfectus est.

N. 1075 verba INSTINCTV . DIVINITATIS in litura posita sunt; eorum loco olim verba legebantur NVTV . IOVIS . O . M, quorum vestigia satis clara adhuc exstare affirmavit mihi vir quidam rei epigraphicae peritissimus, cui inscriptionem prope intuendi manibusque contrectandi occasio fuerat.

N. 1081 pro *in basilica Constantini* l. *in basi Constantini*; Anon. Einsiedl. cf. Mommsen, Anall. 14 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850) p. 299.

N. 1085, 1086, duo exempla alterum altero magis interpolatum eiusdem tituli, si quidem re vera titulus antiquus est, id quod loco quodam operum Ruperti abbatis Tuitiensis, Coloniae ed. 1602, 2 voll. fol. (*de incendio oppidi Tuitii liber singularis* c. 8) probari videtur; cf. Deycks, *Deutz eine Römerveste*, *Castrum Divitensium* (*Rhein. Jahrbb.* 1850, XV, p. 23). Miror, quod Orellio ne suspicionem quidem moverint.

N. 1087, v. 4 l. CONSTANTIO; v. 5 FELICI; v. 6 AVG .AVG . „sic"; v. 9 A . . ET CAL . SEM ‖ . . . . . VS, i. e. *ap*VL*iae* ET CAL*abriae* SEM‖*per d n m q ei*VS (*dicatus numini maiestatique eius*). Mitto versus aliter divisos. Mommsen, I. N. 1108.

N. 1093 initio unus vel plures versus desunt, scalpro, ut videtur, deleti, v. 6 BAEATISSIMORVM . (sic) C . . . .; v. 7 D N FL IVL CONSTANTI; litterarum pars inferior desideratur. Vidi ipse in Mus. Capitolino.

N. 1097 aevi haud dubie posterioris.

5572. D · N ‖ P · VALER · CONSTANTINO ‖ INVICTO ‖ AVG · BONO · OMNIVM ‖ NATVS · ET ‖ D · D · D · N · N · N · · · · · · · ·[1]) ‖ CRISPO ‖ ET · CONSTANTINO ‖ NNN · OOO · BBB · CAESSS ‖ M · XX — Mil. rep. prope Miletum in Bruttiis una cum n. 5565.

1) Nomen Licinii filii abrasum.

5573. D · D · N · N · ‖ CONSTANTINO ‖ MAXIMO ET ‖ LICINIANO · LICINNIO · AVGG · ET ‖ FLAVIO · CRISPO · ET ‖ LI-

CINIANO · LICINIO ‖ ET FL · CL · CONSTAN‖TINO · CAESARI-B‖VS · B · R · P · N[1]) — Faleriae Piceni. *Giorn. Arcad.* XXXIII, 97.

1) *Bono Rei Publicae Natis.*

5574. *f*ORTISSIMO AC ‖ PI‖SSIMO IMP ‖ D N CONSTANTINO ‖ MAXIMO P F INVICTO ‖ AVG ‖ NONIVS VERVS[1]) V C ‖ CORR APVL ET CALAB ‖ D N M Q. EIVS — Aeclani. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 64, 15; Mommsen, I. N. 1107.

1) cf. Mur. 725, 3, corr. a Cavedonio, *Marmi modenesi* p. 163 et 291, ubi quae de aetate Nonii Borghesius exposuerat, novo hoc titulo confirmantur.

5574ª. DIVINAE INDOLI ‖ AC · VENERANDAE ‖ PROSAPIAE · D N · FL ‖ IVLIO CRI*spo* BEA‖TISSIMO AC ‖ NOBILISSIMO ‖ CAESARI ‖ NONIVS · VERVS ‖ V · C · CORR · APVLIAE ‖ ET · CALABRIAE — Aeclani (*nelle masserie del Passo di Mirabella*). V. Brunn. Edidit Garruccius, Bull. Nap. 1853, p. 80.

5575. *fo*RTISSIMO ‖ *cle*MENTISSIMO · E*t* ‖ *gl*ORIOSISSIM*o* ‖ *p*RINCIPI · ‖ *d* · N · FLAVIO · VA*l* ‖ *c*ONSTANTIN*o* ‖ *p* · F · INVICTO · AVG ‖ Q · ATTIVS GRANIV*s* ‖ CAELESTINVS · V C · CV*r* ‖ ALV · TIB · ET · CLOAC · S · V ·[1]) D · N · M · Q · EI*us* — Romae; in foro Traiani. Cardinali, *Dipl.* n. 405; corr. ipse in *Allgemeine Jenaische Litt. Ztg.* 1847, n. 61, p. 244 ex apographo ab Amatio confecto; postea vidi ipse et correxi.

1) *Sacrae Vrbis.*

5576. IMP · CAES · FLAVI‖O · CONSTANTINO ‖ MAXIMO · PIO · FELICI · IN‖VICTO · AVG · PONT · MAX · GER ‖ MAXIMO · III · SARM · MAX ‖ BRIT · MAX · CAPP ·[1]) MAX · ARAB ‖ MAX · MED · MAX · ARMEN ‖ MAX · GOTH · MAX · TRIB · PO‖TEST · XIIII · IMP · XIII · CON‖SVL · IIII ·[2]) PATRI · PATRIÆ ‖ PROCONSVLI ‖ FLAVIVS · TERENTIA‖NVS · V P · PRAESES ‖ PROVINCIAE · MAV‖RETANIAE · SITIF · ‖ NVMINI MAIES‖TATIQVE · EIVS · SEM‖PER · DICATISSI‖MVS — *Ain-Rona*, haud longe a Sitifi dist. — *Revue Archéol.* VII, p. 310.

1) l. CARP*ico*. 2) Constantinus cos. IIII anno 315 processit, cos. V anno 319; unde tribuniciam potestatem eum iam tum adeptum esse patet, quum post mortem patris Augustus quidem ab exercitu, sed Caesar tantum a Maximiano dictus esset. Quamquam ne sic quidem temporum ratio satis clare perspicitur. Nam si prima eius tribunicia potestas anno 306 tribuitur, decima quarta ad annum 319 pertinet, quo fasces quintum gessit; cf. titulum 5578.

5577. TRIVMPHATORI OMNIVM GENT*i*VM AC DOMINATORI VNIVERSARV*m terrarum* (?) ‖ Q*u*I LIBERTATEM TENEDRIS[1]) SERVITVTIS OPPRESSAM SVA FELICI VI*ctoria* ‖ *in* LVCE*m reduxi*T *d* · N FLAVIO VALERIO CONST*a*NT*ino maximo* ‖ *pio felici* · INVICT*o semper* AVG*usto* . . . . ‖ . . . . VA . . . . PN NVAINI[2]) MAIESTATIQVE EIVS DEVOTA — Constantinae. Exscr. de Grabow. Ipse restitui.

1) corr. TENEBRIS. 2) Fortasse *colonia* (*s. civitas*) *Constantina cirtensiVm metropolis* P N (*provinciae Numidiae*) NVMINI est. Ipsam enim *Provinciam* Nu-

midiam monumentum dedicasse mihi certe minus verisimile est, quum solis litteris initialibus nomen eius indicetur.

5578. MAGNO ET INVICTO PRINCIPI D · N · IMP · CAESARI ‖ FLAV · VAL · CONSTANTINO PIO FELICI SEMPER AVG ‖ PONT · MAXIMO SARMATICO MAX · GERM · MAX · GOT · MAX ‖ TRIB · POT · X · CONS · IIII · IMP · VIIII · [1]) P · P · PROCONSVLI ‖ SEPTIMIVS FLAVIANVS V P P P MAVR · SITIF [2]) ‖ NVMINI MAIESTATIQ · EIVS SEMPER DICATISSIMVS — ab altero latere: VOT · X, ab altero: MVL · XX — Sitifi, in arcu. Hefner, *R. Inschr. m. Bemerk.* n. XXII (in Actis Acad. Monac. cl. I, vol. V, 2); Bull. Inst. 1851, p. 180.

1) a. 315. 2) *V*ir *P*erfectissimus *P*raeses *P*rovinciae MAVR*etaniae* SITIF*ensis*. Ceterum hoc titulo et n. 5576 cognomen *Germanici maximi* Constantino datum esse primum innotuit.

5579. VICTORIAE AVGVSTAE ‖ *sac*RVM PRo SALVTEM (sic) ‖ *dd* · *n*N MAXIMINI ET ‖ *con*STANTINI ET LICIN*i* ‖ *sem*PER · AVGG · AVR · SENECIo ‖ DVX · TEMPLVM NVMINI ‖ *e*IVS EX VoTo A NoVo FIERI IVSSI*t* ‖ PER INSTANTIAM · VAL · SAM- ‖ BARRAE · P · P · EQQ · DALM · AQ‖VESIANIS · COMIT · [1]) L · L · M ‖ OB · VICTORIA · FACTA · V · K · IVLIAS ‖ ANDRONICO · ET · PROBO · COS [2]) — Prutting Boioariae. Hefner, R. Inschr. cet. p. 16; Bull. Inst. Arch. 1851, p. 177.

1) *Prae*P*ositus* EQ*uitibus* DALM*atis* AQVESIANIS . COMIT*atensibus*. Aquesianorum populus ignotus. De *comitatensibus* cf. Not. Or. c. 2, ubi inter triginta duas vexillationes equites Dalmatae bis commemorantur. 2) a. 310. Victoria indicatur de Bructeris, Chamavis, Cheruscis, Tubantibus, Alamannis uno die reportata, ex qua Germanici nomen Constantino datum est. Consules autem annum designant, quo *victoria facta* est, minime annum dedicationis monumenti, quippe quo Galerius Maximianus nominari debuisset, si anno 310 positum esset; cf. Borghesi, Bull. l. l.

5580. E · S · R [1]) ‖ IMP · CAES · FL · CONSTANTINVS ‖ MAX · GERM · SARM · GOT · VICTOR [2]) ‖ TRIVMP · AVG ET FL · CONSTANTINVS ‖ ET · FL · IVL · CONSTANTIVS ET FL ‖ CONSTANS [3]) ‖ OMNIA QVIDEM QVAE HVMANI GENE‖RIS SOCIETATE (sic) TVENTVR PERVIGILIVM CV‖RAE COGITATIONE CONPLECTIMVR SED PRO‖VISIONVM NOSTRARVM OPVS MAXIMVS (sic) ‖ EST VT VNIVERSAE VRBES QVAS IN LVMINIBVS PROVIN‖CIARVM HAC [4]) REGIONVM OMNIVM SPECIES ET FORMA DIS‖TINGVITVR (sic) NON MODO DIGNITATE (sic) PRISTINAM TENEANT ‖ SED ETIAM AD MELIOREM STATVM BENEFICENTIAE NOS‖TRAE MVNERE PROBEANTVR [5]) CVM IGITVR ITA VOS TVSCI‖AE ADSERERETIS ESSE CONIVNCTOS VT INSTITVTO ‖ CONSVETVDINIS PRISCAE PER SINGVLOS (sic) ANNORVM VI‖CES A VOBIS QVOQVE PRAEDICTIS SACERDOTES CREENTVR ‖ QVI APVT VVLSINIOS TVSCIAE CIVITATE (sic) LVDOS ‖ SCHENICOS (sic) ET GLADIATORVM MVNVS EXHIBEANT ‖ SED PROPTER ARDVA MONTIVM ET DIFFICVLTATES ITI‖NERVM SALTVOSA (sic) INPENDIO POSCERETIS VT

INDVLTO ‖ REMEDIO SACERDOTI VESTRO OB EDITIONES CELE‖BRANDAS VVLSINIOS PERGERE NECESSE NON ESSET ‖ SCILICET VT CIVITATI CVI NVNC HISPELLVM NOMEN ‖ EST QVAMQVE FLAMINIAE VIAE CONFINEM ADQVE CON‖TINVAM ESSE MEMORATIS DE NOSTRO COGNOMINE ‖ NOMEN DAREMVS IN QVA TEMPLVM FLAVIAE GENTIS ‖ OPERE MAGNIFICO NIMIRVM PRO AMPLITVDINEM ‖ NVNCVPATIONIS EXSVRGERE [6]) IBIDEMQVE HIS [4]) ‖ SACERDOS QVEM ANNIVERSARIA VICE VMBRIA DE‖DISSET SPECTACVLVM TAM SCENICORVM LVDORVM ‖ QVAM GLADIATORII MVNERIS EXHIBERE [6]) MANENTE ‖ PER TVSCIA (sic) EA CONSVETVDINE VT INDIDEM CRE‖ATVS SACERDOS APVT VVLSINIOS VT SOLEBAT ‖ EDITIONVM ANTEDICTARVM SPECTACVLA FRE‖QVENTARE [6]) PRAECATIONI HAC [4]) DESIDERIO VESTRO ‖ FACILIS ACCESSIT NOSTER ADSENSVS NAM CIVI‖TATI HISPELLO AETERNVM VOCABVLVM NOMENQ̄ ‖ VENERANDVM DE NOSTRA NVNCVPATIONE CONCES‖SIMVS SCILICET VT IN POSTERVM PRAEDICTA VRBS ‖ FLAVIA CONSTANS [7]) VOCETVR IN CVIVS GREMIO ‖ AEDEM QVOQVE FLAVIAE HOC EST NOSTRAE GEN‖TIS VT DESIDERATIS MAGNIFICO OPERE PERFICI ‖ VOLVMVS EA OBSERVATIONE PERSCRIPTA NE AE‖DIS NOSTRO NOMINI DEDICATA CVIVSQVAM CON‖TAGIOSE (sic) SVPERSTITIONIS FRAVDIBVS POLLVATVR ‖ CONSEQVENTER ETIAM EDITIONVM IN PRAE‖DICTA CIVITATE EXHIBENDORVM (sic) VOBIS ‖ LICENTIAM DEDIMVS SCILICET VT SICVTI ‖ DICTVM EST PER VICES TEMPORIS SOLLEMI‖NITAS EDITIONVM VVLSINIOS QVOQVE NON DE‖SERAT VBI CREATI (sic) E TVSCIA SACERDOTIBVS MEMO‖RATA CELEBRITAS EXHIBENDA EST ITA QVIPPE NEC ‖ VETERIBVS INSTITVTIS PLVRIMVM VIDEBITVR ‖ DEROGATVM ET VOS QVI OB PRAEDICTAS CAVSAS ‖ NOBIS SVPPLICES EXTITISTIS EA QVAE INPEN‖DIO POSTVLASTIS IMPETRATA ESSE GAVDE‖BITIS — Rep. a. 1733 Hispelli prope theatrum antiquum. Adami, *storia di Bolseno* II, p. 48; Murat. apud Calogerà vol. XI, p. 319, et in Thesauro Inscr. p. 1791—1794; Pococke, Inscr. ant. p. 75. Murat. spurium titulum esse declaravit, atque sententiam eius Orellius quoque secutus est (2170). Nuper Mommsenius egregie monumentum praeclarissimum defendit, ab eoque excitatus ipse mense Maio anni 1851 Hispellum adii, titulum in aedibus publicis asservatum facile repperi, cum exemplis Muratorianis contuli, ectypum chartaceum feci. Titulus autem in tabula marmorea praegrandi, litteris magnis proque aetate eius satis pulchris exaratus, si quis alius, genuinus est. De singulis luculenter Mommsenius disseruit, Anall. epigr. 9 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 199 sqq.), ubi vide.

1) *Exemplum Sacri Rescripti* ? Mur.; cf. *exemplum sacrarum litterarum*, C. Th. XVI, 5, 20. 2) GERM*anicus* . SARM*aticus* . GOT*icus* . VICTOR; minus bene Mommsen: GERM*anorum* cet. VICTOR. 3) De tempore, quo decretum factum est,

nihil aliud affirmare licet, nisi post mortem Crispi a. 326 occisi id scriptum esse. 4) pro AC; ita postea HIS pro IS. 5) pro PROVEHANTVR. 6) l. EXSVRGERET, EXHIBERET, FREQVENTARET; fortasse E et T nexu ligandae erant, cuius rei in archetypo frustra indicationem quaesivi. 7) cf. Or. 2170. — Tusciam et Umbriam, sub administratione unius correctoris s. consularis coniunctas, annua Vulsiniis concilia habuisse hoc titulo docemur, quibus ludi et munera gladiatoria a sacerdotibus edebantur, quibus *coronatis Umbriae et Tusciae* nomen erat. Et sacerdotes quidem singuli per *annorum vices* a singulis populis creabantur, semper autem Umbrorum sacerdoti Vulsinios proficiscendum erat, quum in Umbria ludos illos edere minime liceret. Quapropter ab imperatore Umbri petierunt, ut in civitate Hispellatium sibi ludos facere permitteret, civitati vero ipsi de gentis Flaviae nomine appellationem inderet. Id quod hoc decreto imperator concessit, ea tamen conditione adiuncta, ut ne aedis gentis Flaviae, quae ludorum causa aedificanda erat, paganis superstitionibus pollueretur. Itaque inde ab hoc tempore Umbri Hispelli, Tusci Vulsiniis ad ludos celebrandos convenerunt. Cf. Mommsen. l. l.

5581. PIISSIMAE · AC · VENERAVIIILI · D · N · FAVSTAE · AVG ‖ VXORI D · N · MAXIMI ‖ VICTORIS · AVG ‖ CONSTANTINI *proc*‖*r*E*atric*I · 1) D · D · D · N · N · N ‖ CONST*a*NTIS · 2) CONSTANTINI ‖ *e*T CONSTANTI · BAEA‖TISSIMORVM AC *felic*‖*ium caesa*RVM OR‖*do et populus surrentinorum*3) — Surrenti. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 63, 13; corr. Mommsen, I. N. 2114. Novissimus Garruccius inscriptionem denuo edidit *Bull. Napol. nuova serie*, *anno* II, p. 58, cuius apographum secutus sum. Cf. 1074.

1) . . . ‖ . . I·I, M. 2) Mommsenio sola S apparuit. 3) CONSTANTI . . . . ‖ . . . . IMORVM . . . ‖ . . . . . INI . . . VMI . OR, M. Quam maxime igitur desiderandum est, ut a viro epigraphices perito Garruccianae et Mommsenianae lectiones denuo cum archetypo conferantur. Id tamen constat, unicum hoc nobis superesse Faustae monumentum; quod post mortem eius positum esse *venerabilis* titulo Borghesius comprobavit, assentitus Garruccio, qui Constantis nomen ante nomina fratrum propterea collocatum esse voluit, quia Italiam tum Constans regebat. Quum vero neque probabile sit, vivente Constantino Magno titulum in honorem Faustae positum esse, neque Augustorum nomine filii in documento Surrentino ornentur, idem Borghesius inscriptionem eo tempore dedicatam esse suspicatur, quo mortuo patre filii nondum Augusti appellati erant. Decessit enim Constantinus XI kal. Iunias anni 337, filii autem V id. Sept. Augusti salutati sunt. Occiso deinde Constante Augusto, eius et matris nomina simul abrasa sunt. *Bull. Nap.* l. l.

5582. D N ‖ FL DELMATIO ‖ NOB ‖ CAES 1) — Darentiacae (*Saillans*). *Mémoires présentés à l'Académie des b. l.* II, 1849, p. 365.

1) Flavius Iulius Delmatius, Delmatii censoris filius, cos. a. 333, Caesar a. 335, tertio imperii anno occisus est; cf. Eckhel VIII, p. 103; Tillemont IV, p. 251. 259. 313 cet.

§. 38. CONSTANS, CONSTANTIVS. CETERI VSQVE AD GRATIANVM ET VALENTINIANVM II.

N. 1113 verba AB AEQVO M VII suo iure pro interpolatis Mommsenius habet; I. N. 6296b.

N. 1114 pro RECTORI Torremuzza, Inscr. Sicil. p. 41, n. 35 exhibet CVLTORI.

N. 1116 rest. Mommsen, *Anall.* 14 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 298) ex Anon. Einsiedl. ed. Haenel p. 122 (*Arch. f. Phil.* V, 1): FORVM . POPVLO . ROMANO . SVO . *dono . dederunt* ‖ DOMINI . ET . PRINCIPES . NOSTRI . *imppp . auggg* ‖ VALENTINIANVS . ET . VALENS . ET . *gratianus* ‖ CVRANTE . FLAVIO . EVPRAXIo V . C . *praef . urbi.*

N. 1117: Gratiani nominibus insere *victor.*

N. 1118: male confictus videtur esse ex n. 1117.

N. 1119, initio adde XXXXII ‖; v. 3 VALENTINAINIIO „sic"; v. 5 AVGGG; v. 6 R P N; Kellermann apud Or. Anall. epigr. p. 36 ex apographo Krameri et Bunsenii.

N. 1121 sola Lupuli fide stat; cf. Mommsen, I. N. 1291.

N. 1123: Mur. 393, 5 ad Magnentium referendus est; cf. n. 5587.

5583. BEATITVDINE D · N · CONSTANTIS VICTORIS ‖ AC TRIVMFATORIS SEMPER AVG ‖ PROVISA COPIA QVAE HORREIS DEERAT ‖ POSTEAQVAM CONDENDIS HORREA DEESSE COEPERVNT ‖ HAC[1]) VVLC · RVFINVS · V · C · PRAEF · PRAET · [2]) PER · SE · COEPTA ‖ IN SECVRITATEM PERPETEM REI ANNONARIAE DEDICAVIT — *Steinamanger.* Seidl, *Chronik d. archaeol. Funde* cet. III, 1847, p. 28.

1) l. *haec.* 2) Vulcatius Rufinus cos. a. 347 cum Eusebio, pr. pr. a. 349; cf. Gothofr. prosopogr. C. Th. s. v.

5584. PROPAGATO*ri orbis ac* ‖ ROMA*nae rei publicae* ‖ CONSTANTIO MAXIMO ‖ TOTO ORBE · VICTORI ‖ AC · TRIVMF · SEMP · AVG ‖ MEMMIVS · VITRASIVS ‖ ORFITVS · V · C · ITERVM ‖ PRAEF · VRB · [1]) IVDEX ‖ SAC · COGN · TERT · D · N · M · Q · E — Fragmenta tria in Foro Romano effossa, quorum prius vv. 2. continens anno 1835 repertum est, alterum vv. 5. in Mus. Vat. exstat, tertium anno 1833 detectum est. *Arch. Intell. Bl.* 1835, 43.

1) Successor Flavii Leontii, qui a. d. IIII. kal. Nov. 356 fasces urbanos gerebat, ipse praef. usque ad d. certe IX kal. apr. 359; cf. Borghesi, *lap. Grut.* p. 16 (ex Actt. Acad. Taur. vol. XXXVIII).

5585. IMP · CAESARI ‖ GAIO · FABIO · (sic) *val* ‖ CONSTANTIO · P*io* ‖ FELICI · AVGVSTO · *or*‖DO · CVRIVM · SABI*no*‖RVM ‖ D · N · M · Q · E*ius* — Romae, Mus. Vat. Rep. prope Cures (*Fara*). *Nov. lett. Fior.* 1766, p. 93. Vidi ipse. Spectat ad Constantium Chlorum; cf. ad 5564.

5586. LIBERATORI ‖ ORBIS · ROMANI ‖ RESTITVTORI · LIBER‖TATIS · ET · REIPVB · CON‖SERVATORI · MILITVM · ET · PROVINCIALIVM · D · N ‖ MAGNENTIO · INVICTO · PRIN‖CIPI · VICTORI · AC · TRIVMFAT‖ORI · SEMPER AVGVSTO — Mil. rep. *Aquae sanctae* prope Asculum. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 64, 16; cf. n. 1106.

5587. PROPAGATORI · ORBIS ‖ AC · ROMANAE · REI ‖ *pub* · *d* · *n* · *magnentio* · *m*AX ‖ VICTORI · AC ‖ TRIVMFATORI · SEMPER · AVG ‖ *fabius* · *titianus v* · *c* · [1]) CONS · ORD ‖ PRAEF · VRBI · ITERVM · [2]) IVDEX ‖ COGN · SACR · MAIESTATI · EIVS ‖ DICATISSIMVS — In aversa: FABIVS · FELIX ‖ PASIFILVS · PAVLINVS ‖ V · C · ET · INL · PRAEF ‖ VRBI · DEDICAVIT [3]) — A dextra: D · PRID · KAL · IVNIAS ‖ ARBITIONE · ET · LOLLIANO ‖ CONSS — Romae, rep. in thermis Titi a. 1589. Grut. 271, 4 et 1080, 1; corr. ex Cod. Vat. 5253, p. 165 Borghesi, *lapide Gruteriana* (ex Actt. Acad. Taurin. XXXVIII), p. 3. Alterum exemplum simillimum, cuius versus priores desunt, exstat in Mus. Cap., ubi ipse vidi (Mur. 393, 5).

1) Nomen rest. ex Mur. 393, 5. 2) Fuit praef. urbi annis 339 et 341, deinde, quum usque ad annum 350 pr. pr. Galliarum fuisset, sub auspiciis Magnentii denuo annis 350 et 351 praefectus urbem rexit, donec legatus ad Constantium de pace missus est. 3) Hunc titulum in duabus aliis basibus sculptum fuisse ex iisdem schedis Manutianis Borgh. eruit, l. l. p. 10. In earum altera *retro*, *sed inverso lapide* legebatur; DOMINO . NOSTRO ‖ PIISSIMO ‖ DIOCLETIANO ‖ INVICTO . AVGVSTO ‖ AEMILIVS . VICTOR . V . P . A . RAT ‖ D . N . M . Q . EIVS. — Quae porro a latere legitur dedicatio, ad annum 355 spectans, quum memoria Magnentii post mortem eius renovata esse non possit, ad inscriptionem Pasiphili referenda est, qui in praefectura Memmio Vitrasio Orfito primum praefecto successit; l. l. p. 12 sqq.

5588. NOBILISS · CAES ‖ D N · FL · IVLIANO ‖ ANNIVS · ANTIOCHVS ‖ V · P · CORRECTOR ‖ D · P · E[1]) — **Cannis. Mommsen, I. N. 631.**

1) *Devotus Pietati Eius* dubitanter M., fortasse titulum minus accurate descriptum AP . *Et cal.* exhibere suspicatus (?).

5589. CL · V · IVLIA‖NO [1]) PIO FE‖LICI SEM‖PER AVG‖VSTO ‖ BONO ‖ REI PVBL ‖ NA*to* — **In parte aversa tituli n. 5186. Garrucci**, *Iscr. di Salerno*, p. 4.

1) Editor notam V. pro nomine *Valerio* habuit, quamquam nullam neque in monumentis neque apud scriptores notitiam repperit, qua Iulianum ita nominatum esse constaret. Equidem lapide non inspecto de ea re diiudicare minime ausim; sed in monumento evanido pro CL*AVdio* facile CL . V legi potuisse censeo.

5590. DD · NN *magno* ‖ MAXIMO · *et* · *fl* ‖ VICTORI · *pp* · *ff* ‖ SEM*per* · *augg* ‖ *b · r · p · natis* ‖ *ccxi* — Mil. Arimini in aed. Planci asservatum, in quo similes Constantini M. et Iuliani inscriptiones leguntur. Rest. Borghesi, *Arco di Fano*, Pesaro 1826.

§. 39. THEODOSIVS MAGNVS EIVSQVE SVCCESSORES VSQVE AD FINEM IMPERII ROMANI. THEODORICVS REX CET.

N. 1126, v. 1 INCLYTAE; VENERANDE; v. 6 PRINCIPIS; v. 7 THEODOSII; v. 9 IVSTITIA . ET; v. 10 ORBIS . ET (sine *est*); v. 17 SEXIONE; vidit Mommsen, I. N. 642.

N. 1128, v. 1 S . Έ; v. 2 SIO . FL .; v. 3 in. T; v. 4 in. STIS; v. 6 in. VS . EX; Lersch, C. M. I, 1; cf. II, p. 71 *, ubi vocem PRAELIVS explicat *magister Privatarum Rationum* AELIVS. Malo: *magister* PR*ivatarum*.

N. 1134 extr. VRB. Vidi in Villa Mediceorum.

N. 1135 corr. a Marinio (G. di Pisa XIII, 291) ex cod. membr. card. Zeladae; a Mommsenio *Epigr. Anall.* 14 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 303); a de Rossi, *le prime raccolte d'antiche iscrizioni* (*Giorn. Arc.* CXXVIII), p. 121. Denique Mommsenius codicem Einsiedlensem denuo inspexit, quaeque prima manu in eo legebantur, enucleavit, lectionemque proposuit hanc, quam veram esse fere constat: IMPPP . CLEMENTISSIMIS . FELICISSIMIS . TOTO . ORBE . VICTORIBVS . DDD . NNN ‖ ARCADIO . HONORIO . THEODOSIO . AVGGG . AD . PERENNE . INDICIVM . TRIVMPHO*rum* ‖ QVOD . GETARVM . NATIONEM . IN . OMNE . AEVVM . DOCVERE . EXTI*ngui* ‖ ARCVM . CVM . SIMVLACRIS . EORVM . TROPAEISQ . DECORA*tum* ‖ S . P . Q . R . TOTIVS . OPERIS . SPLENDORE (*perfecto* ?) *d . d.* De singulis v. ll. ll.

N. 1138 corr. 4999.

N. 1144 cf. Mommsen, I. N. 2450.

N. 1154: exstabat Romae in D. Hadriani ad forum Romanum, nec merito puto Sponianam lectionem ab Orellio receptam, quum rectius Mur. ex Don. II, 44 titulum dedisse videatur.

N. 1155 cf. n. 5594.

5591. TIGRITI BENEMERIII (sic) IN PACE ‖ QVE VICSIT ANNOS · XXX ‖ MEN · II · DEPOSITA · VIII · KAL · ‖ IAN · DD · NN · TEVDOSIO · III ET · ‖ EVCENIO [1] — Romae, in Mus. Vat., rep. in antiquo quodam Christianorum coemeterio. Ann. Inst. Arch. 1849, p. 307.

1) a. 393. Eugenius tyrannus in nonnullis tantum monumentis imperii occidentis consul cum Theodosio dicitur, cuius collega legitimus Abundantius fuit; cf. de Rossi, l. l.

5592. SALVIS D · D · N · N ‖ THEODOSIO ET PLACIDO ‖ VALENTINIANO ‖ P · F · AAVVGG [1] ‖ FL · alEXANDER · CRESConIVS ‖ VC · PRAEF · ANN · VRB · ROME ‖ AD · oRNATVM · PORTICVS ‖ PLACIDIANAE · POSVIT — Ad portum Claudii (*Porto*) rep. 1822, inter rudera porticus et cum fragmento epistylii, in quo legitur: PLACIDIANAM · Nibby, *Dintorni* II, p. 620.

1) *Perpetuis* AVG*ustis*.

5593. NICOMACHO x FLAVIANO CONS x SICIL x VICAR AFRIC · [1] QVAEST · AVLAE ‖ DIVI THEODOSI · [2] PRAEF PRAET · ITAL · ILLYR ET AFRIC ITERVM [3] ‖ VIRTVTIS AVCTORITATISQ SENATORIAE ET IVDICIARIAE ERGO ‖ REDDITA IN HONOREM FILII NICOMACHI FLAVIANI CONS CAMP ‖ PROCONS · ASIAE [4] PRAEF VRBI SAEPIVS [5] NVNC PRAEF x PRAET · ‖ ITALIAE · ILLYRICI ET · AFRICAE x [6] ‖ IMPERATORES CAESS x FL · THEODOSIVS ET FL PLACIDVS VALENTINIANVS ‖ SEMPER AVGG x SENATVI SVO SALVTEM ‖ CLARORVM ADQ · INLVSTRIVM IN REP · VIRORVM ADVERSVM CASVS CONDICIONIS ‖ HVMANAE INTERPOLATVM ALIQVATENVS ADSERERE HONOREM ET MEMORIAM ‖ DEFVNCTI IN LVCEM · · · · · · · · · · [7] REVOCARE EMENDATIO QVAEDAM EIVS SORTIS ‖ VIDETVR QVAE PRAEIVDIC · · M · · · MVMQ · · · · · MENTVM [8] VIRTVTVM EXSISTIMATVR ‖ BONO NOBISCVM PC [9] · · · · · · · OMINE [10] INTELLEGITIS PROFECTO QVIDQVID IN RESTI‖TVTIONEM · · · · · · · · · · · · · INIS [11] INLVSTRIS ET SANCTISSIMAE APVT OMNES RECOR‖DATIONIS FLAVIANI SENIOris ADIMVS DIVI AVI NOSTRI [12] VENERATIONEM ESSE ‖ SI EVM QVEM VIVERE NOBIS SERVARIQ · VOBIS QVAE VERBA EIVS APVT VOS FVISSE ‖ PLERIQ · MEMINISTIS [13] OPTAVIT SIC IN MONVMENTA VIRTVTVM SVARVM TITVLOSQ · REVO‖CEMVS VT QVIDQVID IN ISTVM CAECA INSIMVLATIONE CONMISSVM EST PROCVL AB EIVS ‖ PRINCIPIS VOTO FVISSE IVDICETIS CVIVS IN EVM EFFVSA BENIVOLENTIA ET VSQ · AD AN‖NALIVM [14] QVOS CONSECRARI SIBI A QVAESTORE ET PRAEFECTO SVO VOLVIT PROVECTA ‖ EXCITAVIT LIVOREM INPROBORVM NVNC SI APVT VOS ABVNDE CAVSAS PIAETATIS ‖ ADSTRVXIMVS ACCIPITE ALIVD QVOD DE VESTRIS IN ILLVM SENSIB ET PROVINCIAR ‖ OMNIVM IVDICIIS MVNIAMVR QVIB · PER ILLVM LOCVPLETIORIS ADHVC REI · P ‖ BONA VEL ADSERVATA VEL ETIAM AVCTA TANTVM ET

APVT NOS REVERENTIAE CONTVLERVNT VT · QVOD HODIE FACIMVS IN PECTORIB · ET SENSIB · VESTRIS ABSQ · INTERPELLATIONE VLLA MEDIAE OBLIVIONIS FVISSE NOVERIMVS EX QVO QVIDEM IPSO NON MIN*us* ‖ MEMORIAE ILLIVS QVAM NOBIS P C 9) SVPRA OMNIA PRAESTITISTIS VT NON INMERITO ‖ PATIENTIAE VESTRAE GRATIAS AGAMVS NE QVID ERGA RESTITVTIONEM HONORIS EIVS 15) ‖ ADMONITI POTIVS QVAM SPONTE FECISSE VIDEAMVR CVM ALIOQVI IPSE ETIAM DE INSTITVTIONE ILLIVS PROBATVS SAEPE NOBIS PARENTIBVSQ · NOSTRIS FLAVIANI FILI*i* 16) ‖ HONOR SEMIPLENVS ETIAM SVB PRAEFECTVRAE PRAETORIANAE APICE QVEM PROVIDE*ntia* ‖ ET INDVSTRIA SVA COTTIDIE AVGET DELATVS EXSISTIMETVR NISI INTEGER TANDEM ET ABS*q* · *ullo* ‖ *re*LIGIOSI MVNERIS DEBITO TOTIVS DOMVS EIVS FAMILIAEQ SIT · GAVDETE ERGO NOBI*scum* ‖ P C OPTIMO IMPERII NOSTRI OPERE VT NOBISCVM RECOGNOSCITIS ET REDDITAM VOBIS E*t* ‖ PATRIAE SENATORIS EIVS MEMORIAM ET DIGNITATEM PROBATE CVIVS CONSORT*io* ‖ CLARIORES FVISTIS ET IN POSTERIS EIVS EADEM APVT NOS REVERENTIA VIGETIS ‖ APPIVS NICOMACHVS DEXTER 17) V C EX PRAEF VRB 18) AVO OPTIM*o* ‖ STATVENDAM CVRAVI — In latere dextro: *dedicata* ..... SEPTB x ‖ *basso et antioc*HO VV CC · CONSS x 19) — Romae in foro Ulpio, basis magna litteris valde evanidis. Ann. Inst. Arch. 1849, p. 285; imaginem aeri incisam v. in tabula L eidem libro adiuncta. Luculento commentario instruxit I. B. de Rossi, l. l. — Alterum titulum eiusdem viri v. Or. 1188.

1) a. 377; l. l. p. 293 sqq. 2) circa a. 381 vel 382; p. 296. 3) praef. I fuit circa a. 382; praef. II circa a. 391 et 392; p. 296 sq. — Consul Flavianus a. 394 ab Eugenio tyranno nominatus est, quapropter, nomine eius e fastis publicis sublato, publicis certe documentis consul non dicitur, p. 300 sqq. 4) a. 383; p. 312. 5) formula insolita, qua ob primam praefecturam parum legitimam Flaviano ab Eugenio datam imperatores usi sunt; p. 317. Iterum praefectus ab Honorio Aug. circa annum 399 factus (p. 318 sqq.), tertiam praefecturam post annum certe 402 et ante a. 410 obtinuit (p. 334 sqq.) 6) a. 431. 7) *hominum*; de Rossi p. 286; cf. p. 348. 8) *praeiudicium summumque dettrimentum* ? ibd. 9) *Patres Conscripti.* 10) *fausteq.* OMINE. 11) *honoris ac nominis*; p. 288; cf. p. 348. 12) Theodosii Magni. 13) His verbis editor Theodosium Eugenio devicto Romam venisse et in senatu verba fecisse confirmat, qua de re quae Zosimus (IV, 5) narraverat, recentes negarunt; cf. p. 353. 14) Nota titulum operis Nicomachi. Ceterum deest substantivum quoddam, ex quo genitivus *annalium* pendebat. 15) Flavianus senior cum Arbogaste ad partes Eugenii transgressus a Theodosio victore honoribus ac bonis privatus est. De morte eius parum constat; p. 352. Filio Flaviano Theodosius ipse patrimonium reddidit; Honorius eum in aulam arcessivit (p. 317), sed honor ei *semiplenus* erat, antequam patris quoque honores restituti essent. 16) Ita recte Cavedonius legendum esse proposuit; Bull. Inst. Arch. 1850, p. 159. De Rossi praetulit FILI*us*, omissaque esse suspicatus est vocabula *ei* et *fuerit*. [At qua ratione non *filius*, sed *filii honor* dici possit *de patris institutione probatus*, equidem non perspicio recteque ni fallor Rossius scriptorem sententias male consarcinasse iudicavit. Mommsen.] 17) Filius fratris cuiusdam Nicomachi iunioris; p. 360 sqq. 18) Praef. urbi post a. 427 et ante a. 431; pp. 330—347. 19) a. 431; cf. p. 324.

5594. Tituli Grut. 152, 8 (Or. 1155) duo exempla Mesae (*ad Medias*) in via Appia exstant versuum distributione verborumque compendiis

paullulum inter se differentia, quae Eduardus Philippi anno 1851 accuratissime descripta mecum communicavit: DN GLRSMVS ADQ · INCLYT REX THEODORICVS VICT AC TRIIIVMF SEMPER AVG BONO RP · NATVS CVSTOS LIBERTA‖TIS ET PROGATOR (sic) ROM · NOM · DOMITOR G'TIVM DECENNO‖VII [1]) VIAE APPIAE ID' [2]) A TRIP [3]) VSQ' TARRIC IT' ET LOCA [4]) QVAE ‖ CONFLVENTIB' AB VTRAQ · PARTE PALVD' PER OMN RETRO PRINCIP · ‖ INVNDAVERANT VSVI PVBCO (sic) ET SECVRITATE VIANTIVM AD‖MIRANDAM PROPITIO DEO FEL'CITE RESTITVIT (sic) OPERI ‖ INIVNCTO NAVITER INSVDANTE ADQ · CLEMENTISSIMI ‖ PRINCIP · FELICITER DESERVIENTE P'CONIIS EX PROSA‖PIE DECIORVM CAEC · MAV · BASILIO DECIO VC ET INL' EX P' V EX PP O EX CONS ORD PAT · [5]) QVI AD PERPETV‖ANDAM TANTI DOMINI GLORIAM PER PLVRIMOS ‖ QVI ANTE NON ALBEOS DEDVCTA IN MARE AQ‖VA IGNOTAE ATAVIIS (sic) ET NIMIS ANTIQVAE RED‖DIDIT SICCITATI Ɇ [6])

1) Spatium novemdecim milium passuum paludis Pomptinae; cf. Cassiod. Var. II, 32 et 33. 2) *id est*; in altero enim exemplo IDE scriptum est. 3) TRIP*ontium* statio viae Appiae. 4) IT*er* ET LOCA? 5) EX *Praefecto Vrbi*, EX *Praefecto Praetorio Orientis*, EX CONS*ule* ORD*inario*, PAT*ricio*; de hoc cf. Cassiod. ll. ll. 6) De nota Ɇ nihil equidem afferendum habeo. [Quod si novicia exempla sunt tituli deperditi, ut mihi videntur esse, quae descripsit Philippius, in archetypo pro nota Ɇ monogramma christianum ☧ vel ⳨ fuisse crediderim. Mommsen.] — In altero exemplo praeter distributionem diversam versuum haec varie leguntur: v. 1 THEDERICVSCVICT'; v. 2 VMF sine lineola supra posita; AVG'; RP'; LIB'TIS sic; v. 3 PRO‖PAGATOR; NOM'; G'TIVM; v. 4 IDE; VSQ . TARRIC IT; v. 5 PRINCIP; v. 7 FELICTE RESTITVIT; v. 9 PRINCIP FELIC; P .; v. 10 VC; v. 11 INL; EX PPO; ORD . PAT; v. 14 ATAVIS; v. ult. DIT SICCITATI litteris minoribus. Ɇ deest. Haec praesertim ob compendia verborum attuli.

5595. DIVO · PIO · SEVERO · PATRI ‖ IMP · CAES · M · AVRELI · SEVERI · ANTONINI ‖ PII · FELICIS · AVG · ARAB · ADIAB · PARTH · MAX · BRIT ‖ MAX · GERM · MAX · PONT · MAX · TRIB · POT · XVII · IMP · II ‖ COS · IIII · PROCOS · P · P, et: NVTV DIV FELICISS TEMPORIB · PIISSIMOR DOMI‖NOR NOSTROR IVSTINIANI ET THEODORAE ‖ AVGG POST ABSCISOS EX AFRICA VANDALOS ‖ EXTINCTAMQVE PER SOLOMONEM GLORIOSISS ‖ ET EXCEL*lentiss ex ma*GIS*t*RO MILITVM EX CONSVL PRAEFECT LIBIAE *provinciae* VNIVERSAM MAVRVSIAM GENTEM [1]) ‖ PROV*identia eius*DEM AEMINENTISSIMI VIRI THE‖VES*te colonia a f*VNDAMENT AEDIFICATA EST — Theveste in arcu triumphali. *Mémoires des Antiquaires de France* VII, p. 34; *Revue Archéol.* IV, p. 870; rest. Letronnius.

1) Pontifices maiores (1186; 1187; 1188), pontifices Vestae (1181; 3185; 2354 cet.), pontifices maiores Vestae (2130; 3184 cet.) appellari pontifices coepti sunt, postquam Aurelianus pontifices Dei Solis (60; 2285 cet.) vel instituit vel honoribus auxit (cf. Borghesi, l. l. et Bull. 1842, p. 140 sq., ubi, collectis omnibus pontificum maiorum sive Vestalium exemplis, nullum eorum ante finem saeculi tertii vixisse confirmavit). Neque igitur denominatione illa a *pontificibus minoribus* distinguuntur, ut Norisius (Cenot. Pis. diss. I, c. 5) et Odericus (Syll. p. 162) voluerunt, sed a pontificibus Solis. 2) Cos. anni incerti. — Nota Tineium post quaesturam urbanam statim ad praeturam provectum esse, id quod ita Borghesius (Bull. 1852, p. 56) explicat, ut tribunatum et aedilitatem eo iam tempore cessasse dicat. Idem recentissimum, quod sibi innotuerit, quaesturae urbanae exemplum hoc titulo offerri affirmat. 3) *Senatus PopulusQue Tiburs.*

5955. . . . *pr*AEF · VIG · E · M · V ‖ *po*NTIF · ALBA‖*n*O · MINORI — Beneventi. Mommsen, Bull. Inst. Arch. 1847, p. 26, et I. N. 1425.

5956. Q · BARONIVS · Q · F ‖ L · LIBERTIVS C · F · PONT · MAX [1] ‖ IIIIVIR · I · D · Q · C · P · [2]) EX · S · C · CON · IIS [3]) —

Vibone. Capialbi, *Memorie dell' Inst. Arch.* p. 194, et *Inscr. Vibon. Specimen* n. 8; Mommsen, I. N. 23.

1) Pontificem maximum Vibonensem altero quoque fragmento habemus confirmatum: . . . Q . F . AVGVR ‖ PONTIFEX . MAXIM ‖ EX . S . C . STAT . CVR; Capialbi ll. ll.; I. N. 24. Hinc explica titulum Arretinum n. 2148; quamvis merito condemnentur, quos sub n. 2149 Orellius composuit. Cf. Borghesi, apud Capialbum ll. ll. 2) IIIIVIR . *Iuri* . *Dicundo* . *Quinquennalis* . *Censoria* . *Potestate*. 3) CON*stat* HS . . ., Mommsen, quamquam de lectione dubitans.

5957. L · TVRSELIO L F VEL ‖ FVLVIO PONT AED ‖ QVAEST IIIIVIR IVRI ‖ DIC BIS ‖ VOCONIAE L L PROCV ‖ L TVRSELIVS L F VELIN ‖ RVFINVS AVIS SVIS ‖ BENEMERENT FECIT [1]) — In ruinis Ligurum Baebianorum. Garrucci, *antich. de' Liguri Bebiani* p. 17, et tab. III; Mommsen, I. N. 1358.

1) Titulum propterea hic proposui, quia sub eo praeter sellam curulem insignia pontificatus municipalis insculpta sunt, patera videlicet, simpulum, aspersorium, ara, quae ab insignibus pontificum Romanorum ita differunt, ut his pro patera et ara securim et apicem fuisse constet; cf. nummos antiquos, praesertim Morellii tab. 4, n. VII gentis Iuliae, tab. 2, n. VI gentis Aemiliae, et Borghesi, *Decad. num.* VII, *oss.* 7*).

5958. ANNO ‖ IMP · CAES · NERVAE ‖ TRAIANI · AVG ‖ GERMANICI · IIII ‖ Q · ARTICVLEI · PAETI II [1]) ‖ COS ‖ PONTIF · EX · STIPE — Viennae Allobrogum. *Giorn. Arcad.* LVI, 1832; cf. Ann. Inst. Arch. 1844, p. 93.

1) a. 854 = 101.

§. 2. SACERDOTES. — CORONATI. CAPVLATI. LAVRENTES LAVINATES. CAENINENSES CET.

N. 2170 = 3866, ubi paullo accuratius; cf. Mommsen, Anall. epigr. 9 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 214). De decreto Constantini M. iniuria condemnato v. n. 5580. — Cum *coronatis* cf. στεφανηφόρους civitatum Asianarum; cf. Mommsen, l. l. p. 65.

N. 2171. recte M . APVL. Colonia enim Apulensis a Septimio Severo municipii honore donata est, id quod nomine probatur *municipii Septimii Apulensis*. Quod autem ab Orellio exemplum affertur *municipii coloniae Apulensis* (Grut. 115, 6), spurium est. In fine tituli l. DAC*iarum trium*; cf. 5813.

N. 2172, v. 2 pro *filio* l. FLA*m*; v. 3 pro *viro* VIR . I . D; v. 5. 6 CIVITATVM . EQVO . PVBLICO . CVRATORI . REIP . PLESTINOR; v. 7 IMPP .; v. 8 AVG . ET . . . .; v. 9 FILIO; v. 10 VORVM . AVG*g* . LAVRENT . SACERDOTIO ‖ ORNATO; v. 11 ANNONAE; v. 13 FREQVENTER; v. 15 extr. ET . IPSIVS; v. 16 HONORE; v. 17 CONTVLER. Correxit Mengozzi *de' Plestini Umbri* p. XXV. Sacerdotes igitur ornati simpliciter dicti e numero sacerdotum removendi sunt.

N. 2173, femina est tribus nominibus ornata, ut recte iam vidit Kellerm. apud Or. Anall. epigr. p. 38.

N. 2176: hunc titulum sincerum quidem, sed mutilum interpolatumque esse Mommsenius demonstravit; *Rhein. Mus. N. F.* VI, p. 27.

N. 2177, v. 3. Labus, *Marm. Bresc.* p. 4 IIIIII . VIR, vix bene; nunquam enim me Augustalem videre memini equo publico ornatum; quapropter corr. IIIIVIR, ut recte legitur apud Ortium, *sui confini del territorio Veronese e Trentino*; v. n. 5113.

---

*) Idem vir doctus (l. l.) insignia sacerdotalia in nummis obvia quattuor magnis sacerdotum collegiis ita tribuit, ut simpulum pontificum, lituum augurum, tripodem quindecimvirorum s. f., pateram septemvirum epulonum peculiaria fuisse demonstret; quibus si bucranium adiungitur, collegium sodalium Augustalium indicatur, quod, quintum quattuor collegiis antiquis additum, aequo cum iis honore habitum esse satis notum est; cf. Tac. Ann. III, 64; Dio LVIII, 12.

— De Laurentibus Lavinatibus cf. nunc A. W. Zumpt, *de Lavinio et Laurentibus Lavinatibus commentatio epigraphica*, *Berolini* 1845, 4.

N. 2181, cf. n. 2533.

N. 2183 = n. 3905, n. 4. Kellerm. l. l. recte Gruteri lectionem TRID praefert.

5959. D · M ‖ D · IVNIO · D · F ‖ QVAD · 1) CERTO ‖ SACERDOTI · ET ‖ ARVSPICI · PVBLICO ‖ NEPOTES · PIENTISSIMI — **Puteolis. Mommsen, I. N. 2574.**

1) l. CLAVD, quadratarii errore corruptum; cf. titulum n. 2299.

5960. L FLAVIO · L · F ‖ SER CRISPINO ‖ SACERDOTI · IOVI[1]) ‖ DEC · L · FLAVIVS · L · F · SER LONGVS PATER ‖ D D H C[2]) — Antiochiae Pisidiae. Hamilton, *Researches in Asia minor*, vol. II, append. 188; Arundell, *Discoveries in Asia minor*, I, p. 287. Textum ita restitui, ut ex utroque exemplo elegerem, quae melius lecta erant. Cf. n. 5988.

1) I O A, Ham.; fortasse Iovis Optimi Maximi. · 2) Decurionum Decreto Hic Consecravit ? cf. n. 3486.

5961. NINVS SACERDOS ‖ PENATIVM ‖ VITALI · VICARIO · VIX · A · · · — et: SABINO · SACER ‖ DEVM · PENAT · VIX · AN · XXXIII ‖ NINVS · FRATRI ‖ *b*ENE · MERENTI — Romae, rep. in sepulcro Volusiorum. Cardinali, *Dipl. mil.* 242 et 252. Vidi ipse in horreis Mus. Vat.

5962. *d* · M ‖ L · VALERIVS · L · FIL · FYRMVS ‖ SACERDOS ISIDIS · OSTENS ‖ ET · M · D · TRASTIB · 1) FEC · SIBI — Ostiis; ara ornata instrumentis cultus Isiaci. *Atti dell' Accad. pontif. d'archeol.* III, p. 344.

1) *Matris Deum* TRA*n*STI*Berinae*.

5963. GAL · · · · · · ‖ IIIIVIR · A*ed* · 1) *iiii* ‖ VIR QQ · Q*uaest* · *p* · *p* · *qua*‖EST · ALIMENT · *sacerd* ‖ XVVIR 2) MATRI*s deum* ‖ OB MERITA EIVS *et splen*‖DIDAM EDITIO*nem mu*‖NERIS GLADIATO*rii* ‖ PLEPS · VRBAN*a ex aere* ‖ CONLATO · CVIVS · DE*dicatione* ‖ POPVLO · VTRIVS*que* ‖ SEXSVS ✕ C ET E*pulum* ‖ BIDVO · DED*it* ‖ L · D · D · D — Compsae. Guarini, Comm. XVI, p. 76; Bull. Inst. Arch. 1832, p. 208; corr. Ann. eiusd. 1849, p. 237; Mommsen, I. N. 202.

1) IIII A. Guarinii exemplum editum, IIII . VIR . AI . . eiusdem exemplum ms., quod Mommsenius secutus est; in hoc VIR videtur additum ex coniectura, quam probo. 2) *quindecimviralis*, i. e. a XVviris s. f. institutus, vel certe confirmatus; cf. nn. 2332. 2333 cet. — Decretum ipsorum XVvirum de sacerdote instituendo n. 2263.

5964. D M ‖ VLPIAE · ANTONILLAE · QVON · 1) VLPI ‖ CANDIDIANI · FILIA*e* · T · AEL · VERINVS ‖ DEC · COL · AQ · 2) FLAMEN · DVMVIR‖ALIS · SACERDOS · VRBIS · ROMAE ‖ CONIVG · PIENTISSIMAE · QVAE ‖ VIXIT · ANNIS · XXIIII — *Bitske* inter Budam et Albam regiam. Mus. Nat. Hung, p. 233, 20.

1) QVON*dam* ? 2) COL*oniae* AQ*uinci*.

5965. C · CATVLIO ‖ DECIMIO ‖ TVTI · CATVLLII · FIL ‖ TRICASSIN · OMNIB ‖ HONORIB · APVD · SV‖OS · FVNCT · SA-

CERD ‖ AD · TEMPL ROM · ET ‖ AVG · III · PROV · GALL ‖ T · R · E · S · P · R — In eodem lapide: IVNI ‖ DOMITIO ‖ VXORI · CATVLI ‖ DECIMIN [1]) — Lugduni. Grut. 386, 8; Murat. 1068, 7.

1) Nomina ita restitue: C . CATVLLIO . DECIMINO cet.; deinde IVNIae DOMITIAE, et CATVLLII. Notas in extremo titulo positas parum intelligo. [Est pars subscriptionis TRES PRovinciae galliae maioribus litteris repetitae. Mommsen.] Mur. T.R titulus restitutus, omissis sequentibus. — Monumentum notatu dignum videbatur ob sacerdotium III Galliarum (cf. 184), quod Romae et Augusti fuisse eo declaratur neque diversum erat a *sacerdotio arae Aug. inter confluent. Arar. et Rhodan.* nn. 660; 4018; 5223, et in inscriptionibus sequentibus:

5966. . . . . ‖ AED*uo* ‖ SVMMIS *honoribus* ‖ APVD · SVOS · FVNCTO ‖ SACERDOTI · AD · TEMPL ‖ ROM · ET · AVG · AD · CON‖FLVENT · ARARIS ET RHO‖DANI — Ibd. Boissieu, *Inscr. de Lyon* II, 4, p. 84; cf. Mommsen, *Epigr. Anall.* 22 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1852), p. 245, et *Ann. Inst. Arch.* 1853, p. 60.

5967. *q · licinio* · · · · · · · ‖ *t*AVRICO Q LICIN*i* · · · · *fil* · *sum*‖*m*IS HONORIBVS FVN*cto apud suos · item a t*RIB PROVINCIS GA*llis ornato sacerdo*‖*t*IO LICIN SAR^T · · · *ae uxori eius* — Ibd. Boissieu, l. l. n. 11, p. 91; rest. Mommsen, l. l. — Cf. Boissieu, l. l. nn. 10 et 12.

5968. L OSIDIO · · · · · · ‖ QVIETI FILIO · · · · ‖ NERVIO ‖ OMNIB HONORI*bus apud* ‖ SVOS FVNCT SA*cerdoti* ‖ AD ARAM CAES N *apud tem*‖PLVM ROMAE ET *augusti in*‖TER CONFLVEN*tes araris* ‖ ET RHODA*ni* ‖ TRES PROV*inciae galliae* — In eodem saxo vestigia aliquot reliqua sunt alterius tituli; sub ambobus autem litteris maioribus scriptum erat: *tres provinciae g*ALLIA*e*. Ibd. l. l. n. 23, p. 114; Ann. l. l.

5969. L · CORNELIO · QVIR · MARCELLO ‖ L · CORNELI · LAVRI · PATRI · IIIIVIR · II · IVR ‖ DIC · FLAM · AVG · II · PONTIFICI · SACRORVM ‖ PVPLICOR · FACIENDORVM · [1]) PATRONO · MV‖NICIPI · D · D · COOPTATO · ET · ADLECTO · IN ‖ QVINQVE · DECVRIAS · ET · INTER · SACER‖DOTALES · PROV · SARD · [2]) OB · MERITA · EIVS ‖ IN · RE · PVBLICA · SVLCITANI · EX · TES‖TAMENTO · IPSIVS · · · — Ad *S. Antiochi* in ruinis Sulcitanis. Della Marmora, Voyage en Sardaigne II, p. 482, n. 41.

1) cf. n. 2157. 2) cf. l. l. p. 483, n. 44: INTER . SACERDOT*al* . PROV . SARD . ADLECTO AB SPLENDIDISSIMO *ordine cornensium* EX . CONSENSV . PROV . SARD, quo titulo docemur, ius quidem alligendi inter sacerdotales penes singulas civitates fuisse, consensu autem opus fuisse universae provinciae (τοῦ κοινοῦ).

5970. SEX QVINCTILIO ‖ SEX F ANI VALERIO ‖ MAXIMO [1]) LATO CLAVO ‖ EXORNATO A DIVO AVG ‖ NERVA QVAESTORI PONTI ‖ ET BITHYNIAE PATRONO ‖ COLONIAE PONTIFIC [2]) II ‖ VIRO PRAEF FABRVM ‖ IIVIRALIB ET SACERD ‖ ORNAM HONOR [3]) ‖ D D ‖ VIC X [4]) — Alexandriae Troadis. Ann. Inst. Arch. 1842, p. 152; Vidua, Inscr. antiquae cet. tab. XIII, 2; minus corr. Lebas, *Inscr. gr. et lat.* II, 1037.

1) Cf. Mur. 739, 1 = Don. V, 229, quo titulo vir commemoratur iisdem plane nominibus appellatus, Achaiae vero, nec Bithyniae quaestor, filius fortasse Quinctilii nostri. 2) PONTIFICI, V. L. 3) SACERD*otalibus* ORNAM*entis* HONOR*atus*; cf n. 5280. 4) VIC*i decem* ?

5971. POMPONIAE ‖ C · F · DRVSILLAE ‖ . . . . [1]) ‖ M · F · M · N · COR ‖ QVINTIANVS ‖ LAVRENS · LAVINAS ‖ FLAMEN · FLORALIS ‖ PATRONVS · MVNIC ‖ COIVGI · RARISSIMAE ‖ L · D · D · D — **Lesinae. Mommsen, I. N. 5192.**

1) Excidit versus nomen et praenomen Quintiani continens.

5972. Q · ARRVNTIO ‖ Q · F · VOL · IVSTO ‖ Q̄ · AED · PAT · COL [1]) ‖ PAT · MVN · SAEPIN · PAT ‖ MVN · VICENTIN · PAT · ET · CVR · ‖ R · P · TEREVENT · SACER · TVSCVL ‖ · FANITALI · [2]) ‖ ORDO · ET · POPVLVS · ‖ OB · INSIGN · FIDEM · INDVSTRIAM ‖ ERGA · SE · IN CIVILIB · OFFICIS ‖ eT · SPLENDOR · MVNERIS ‖ GLADIATORI ‖ *l* · *d* · *r*OGATO · FISC · STAT · HEREDITATI [3]) — **Boviani. Guarini, comm. XII, 28, mendose; Gervasio,** ***Iscr. messinesi*** **p. 33; v. Mommsen, I. N. 4990.**

1) Sc. Bovianensium. 2) Sacerdotem Tusculanum habes quoque apud Grut. 263, 7 in inscriptione Polensi. Gervasius l. l. vocem *fanitali* cum *sacerdote* coniungit, id quod sane fieri potest, quamquam, si quis exemplo usus *fanatici* (Or. 2316. 2317) absolute etiam *fanitalem* dictum esse voluerit, equidem non valde adversabor. Neque tamen ignoro, diversa fuisse munera eorum, quom *fanaticus* ἱερόδουλος sit, qui autem hic *fanitalis* dicitur, summis in patria honoribus functus sit. 3) *Rogato fisco* = *permissu fisci*; M. — Gervasius *togato* = *advocato* legendum, ipsum vero versum post incisam inscriptionem adiunctum esse affirmavit; de qua re quum nihil tradiderit Mommsenius αὐτόπτης, illum nesciam, quo modo versus intelligendus esset, pro re certa id proposuisse credo, quod tantummodo suspicatus erat.

5973. D · M ‖ P · AELIO ‖ PORCIANO [1]) ‖ SACERDOTI ‖ SVCINIANO [2]) ‖ QVI · VIX · ANNIS ‖ XXIII · M · VII — **Romae. Grut. 322, 7.**

1) Ad eundem hominem inscriptiones pertinent in Ephemeridibus Pisanis a Marinio editae (XVI, 164), Latina altera, altera Graeca: *p* . *aelius* . *p*ORCIANVS . SACERD ‖ *suci*nIANVS . PVTEI . INVEN*tor* . SVIS . INPENDIS . FECIT, et . *π* . ΑΙΛΙΟΣ . ΠΟΚΙΑΝΟΣ (sic) ‖ *ἱε*ΡΕΥΣ . ΣΟΥΚΙΝΙΑΝΩΝ ‖ ΔΕΚΟΤΡΙΑΣ . ΓΕΡΟΤΑΩΝ . ΦΡΕΑΡ ‖ *εὐ*ΡΕΤΗΣ . ΙΔΙΑΙΣ . ΔΑΠΑΝΑΙΣ ‖ ΕΠΟΙΗΣΕΝ. 2) Marinius l. l. hoc sacerdotium ad *Sucinium* dirutum Etruriae oppidum refert, de quo Amm. Marcell. XVII, 7 fin., quamquam parum de lectione constat, quum plerique codices *Saccumum* exhibeant. Sin autem Marinii lectio vera est, sacerdotes oppidi diruti cum Caeninensibus optime componuntur; cf. etiam cultum Martis Ficani, n. 7194, et Annal. Inst. Arch. 1850, p. 164. — Ad eandem religionem spectat Grut. 331, 5: D . M ‖ TI . CL ‖ DOMNIONI ‖ SVCINIANO ‖ ARCHINEA‖NISCO ‖ FECIT . CL ‖ IANVARIA . SVO . PATRI .

Sacerdotem collegii habes n. 7213.

§. 3. SACERDOTES FEMINAE.

N. 2185, v. 7: *lici*NIA . ATTIANE; corr. Mommsen, I. N. 1383 ex n. 3623.
N. 2186 fin. B . M . F; ibd. n. 622.
N. 2187, male a Grutero correctus; legitur enim apud Mazocchium f. 45 PVBLICIA, ita ut duae sint feminae, Casponia et Publicia liberta populi Rom.
N. 2188: ad Capenam pertinet, modo genuinus sit; cf. Fabr. l. l.
N. 2189, pro *Luceio* scr. LVCCIO; I. N. 2350.
N. 2190: titulus Latinus interpretatio videtur esse inscriptionis Graecae tempore recentiori confecta.
N. 2194: de falsitate tituli non satis mihi constat.
N. 2195: mihi suspectus; nota Divi Titi nomina, Caesoniam Caesonii materteram, cet.

5974. D *m* ‖ OSTORIAE · SVCCESSAE ‖ SACERDOTI · BVBASTIVM [1]) ‖ FECIT · T · FLAVIVS · AVG · LIB ‖ AMPLIATVS ·

CONIVGI ‖ OPTIMAE · ET · SANCTISSIMAE ‖ BENE · DE SE · MERITAE — Romae, in hortis Vaticanis. Bull. Inst. Arch. 1851, p. 180.

1) i. e. Babastiorum Aegyptiorum, qui Romae consistebant.

5975. POMPEIAE ‖ Q · F · CATVLLAE ‖ SACERD · AVGVST ‖ DECR · DEC ‖ REMISSA · PEC · PVBL ‖ C · TRVTTIDIVS ‖ PIVS · FIL ‖ L D D D — Rep. Minturnis, nunc in R. Mus. Neap. Mommsen, I. N. 4066.

5976. ATTIAE · · FIL ‖ MAXIMAE ‖ SACERDOTI ‖ AVGVSTAR ‖ TI · CLAVD · VITALIS ‖ VXORI · OPTIMAE ‖ L · D · D · D — Interamnae Praetutianorum. Op. cit. 6147.

5977. M · D · M ‖ IN MEMORI ‖ VSIAE · L · FIL ‖ TERTVLLINAE ‖ SACERD · DĪVARVM ‖ MATRIS · SVAE ‖ SEX · APPVLEIVS · MARCELLVS ‖ D · D — Patavii. Grut. 29, 4 (minus bene 322, 6); Furlanetto, *lap. pat.* p. 11, VIII.

5978. *cl*AVDIAE ‖ TI · F ‖ *fa*DILLAE ‖ C · F ‖ *sa*CER*doti* · DI‖*v*ARVM AVG‖*us*TAR · OB AMOR‖*em e*RGA PATRIAM ‖ *exi*MIVM · EIVS ‖ *au*GVST · P · P — Allifis. Mommsen, I. N. n. 4748; cf. 4800.

5979. STAIAE · M · F ‖ PIETATI ‖ SACERD · CERER ‖ PVBL · PRIMA ‖ L · D · D · D — Teani. Op. cit. 3988.

5980. VIVA · FECIT ‖ SVELLIA · C · F ‖ CONSANICA ‖ SACERDOS · CERIALIS · ‖ DEIA · LIBERA ‖ H · M · H · N · S — Aeserniae. Op. cit. 5006; Ann. Inst. Arch. 1848, p. 421; Garrucci, *St. d'Isernia* p. 117.

5981. CAZIDIAI·F ‖ SACERDOS ‖ CERERIS ‖ ET · VENERIS — Sulmone. Mommsen, I. N. 5434. Legendum credo CALIDIA · T · F · — SACERDOS · PVBLIC · *vene*RIS · ET · CERERIS l. l. 2124.

5982. FLAVIAE · VERE PRAESVLE ‖ SACERDOTI · TVSCVLANOR [1]) ‖ VIXIT · ANN · VI · MES · X ‖ FECIT · FI — Ravennae. Marini, *Giornale Pisano* XVI, p. 17, 4.

1) cf. n. 5972.

5982ª. SERVIAI · C · F ‖ SACERDOTIS · LIBERI ‖ PVBLICAI · AQVINATIS — Aquini. V. Brunnius.

§. 4. ANTISTITES. PARASITI. PRAETORES SAC. FAC.

N. 2204, not. 2. Fratribus Arvalibus falso praetorem tribui exposui in Bull. Inst. Arch. 1851, p. 190.

5983. INVICTO ‖ DEO ‖ VERVS ‖ ANTISTES ‖ V · S — Aeserniae. Mommsen, I. N. 5010; Garrucci, *St. d'Isernia* n. 5, p. 71.

5984. VENERI VIC‖TRICI · PRO · SA*lute* ‖ *i*MPERI · Ɐ · S · P · Q · R ‖ Ɐ · ORDINIS · COL · APVL · C · IVL · VA‖LES · HARVSPEX ‖ COL · S · S · ET · ANT*i*S‖TES · HVIVSCE ‖ LOCI ‖ D — Maros Porto (Apuli). Schmidl, *Oesterr. Blätter* 1846, p. 663; cf. Or. 2300.

5985. CN · VESICVLANVS · M · F ‖ M · VESICVLANO · V · F · PATRI ‖ TRIB · PL · [1]) II · VIRO · I · D ‖ PRAEF · REBVS · DIVINIS[2]) — Teani. Vidit Mommsen, I. N. 3998.

1) Nota tribunum plebei municipalem; cf. n. 7143, et ad Or. 3145. 2) Cf. *praef. sacror.* n. 5670; *praefectum sacris faciundis* Nomenti, n. 7032, et fragmentum Mar. 676, 1 = 763, 5, quod Casiliani in agro Tudertino exstare dicitur: . . *pi*NARIO . SEX . F . CLV ‖ II VIR . I . D ‖ PRAEF . SACR . TR . MIL. Nisi forte hic titulus Interamnam spectat et pro PRAEF legendum est PRAET, ut apud Grut. 411, 3 ex auctoritate Magalottii, *Iscr. di Terni* p. 52, et in inscriptione sequenti Interamnati:

5986. *t* · *pi*NARIVS T · F · CLV · NATTA ‖ *p*ONTIF · IIII·VIR · PR · SACR · TR · MIL ‖ *t* · *pi*NARIVS · T · F · CLV · IIII·VIR ‖ PR · SACR · PATER — Bull. Inst. Arch. 1851, p. 190.

5987. A · FABIO · A · FIL · PAL ‖ FELICIANO ‖ AEDILI · SACR · VOLK · F [1]) ‖ QVI · VIXIT · ANNIS · XVIII ‖ MENS · I · DIEB · XXVIIII ‖ A · EABIVS (sic) · FELIXS ‖ FILIO · DVLCISSIMO — Ostiis rep., nunc Romae apud v. cl. P. H. Visconti; I. I.

1) Cf. n. 1381.

5988. L FLAVIO PAVLO ‖ SER DEC AED QVAES*t* [1]) ‖ CVRATORI ARCAE SAN‖CTVAR [2]) L FLAVIVS · L · F · SER ‖ LONGVS F · PATRI SVO OB ‖ MERITA EIVS D D ‖ H C [3]) — Antiochiae Pisidiae. Hamilton, *Researches in Asia minor* II, append. 188; Arundell, *Discoveries* cet. I, p. 288; cf. n 5960.

1) DECAEIDOVAES, A.; DEC . AE . QVAES H. 2) Post R duas LL A. exhibet; fortasse SANCTVARII. — Ceterum cave, ne in voce ARCAE mentionem inesse credas Μηνὸς Ἀρκαίου, cuius sanctuarium valde celebratum olim apud Antiochenses fuisse Strabo tradit (XII, p. 577), post mortem vero Amyntae sublatum. Quamquam non est probabile, cultum illum ita intercidisse, ut nulla eius vestigia superessent. Immo, sanctuarium hoc titulo sine nomine dei commemoratum ad cultum quendam omnibus solum pertinere debet, qui vix alius esse potest, nisi antiquissimus ille Mensis Arcaei, cuius imago etiam in nummis imperatorum exstat; Eckhel, D. N. III, p. 19. 3) *De*c*urionum* D*ecreto* H*ic* C*onsecravit*.

5989. · · *a*MAREDIO · C · F · FAB ‖ · · · O · IIII · VIR · I · D · QVAEST ‖ *pec* · *al*IM · Q · R · P · CVRAT ‖ *apud* IOVEM · STATOR · IIII · VIR · I · D ‖ *ite*R · S · P · ANXATINVS ‖ *l* · D · D · D ‖ *ex* HS · IIII · N — *Androsciani*· Mommsen, Bull. Inst. Arch. 1846, p. 181, ex schedis Antinorianis; melius I. N. 5628 ex Hoare, *classical tour* I, p. 367.

5990. P · FANNIVS · M · F · ‖ C · MASVRIVS · C · F · SABINVS ‖ P · CVTIVS · P · F · BIBVLVS ‖ L · AEMILIVS · L · F · MALO ‖ FANORVM · CVRATORES ‖ EX · PECVNIA · FANATICA ‖ FACIVNDVM ‖ CVRARVNT ‖ IDEMQVE · PROBARVNT — Rep. in parietinis templi cuiusdam Minervae in *Val-policella* agri Veronensis. Bull. Inst. Arch. 1836, p. 141, 10.

5990a. MATRI · DEVM ‖ CN . POMP ‖ PROBVS ‖ CVRATOR TEM‖PLI · V · S · L · M — In Museo Tolosano. *Mém. des Ant. du midi de la France* VI, p. 68.

§. 5. FLAMINES.

N. 2207, v. 1. M . CORNELIO . CETHEGO . COS; v. 4. 5. omissi: L . SALVI . KARI . FLAMINIS ‖ T . FVNDANIVS VITRASIVS POLLIO . LOCO; v. ult. deest: *q*VINTIИO *maximo*. Kellerm. Or. Anall. epigr. p. 38; vidi ipse. Fragmenta autem a Marinio edita (Arv. p. 166) ad fastos Saliorum Palatinorum pertinere ostendit Borghesius (Bull. Napol. 1845, n. XLVIII, p. 99); cf. Mercklin, *Cooptation* p. 202, ubi videsis et cetera fragmenta ab Orellio praetermissa, et hoc correctum.

N. 2208 ex Boissardo et certo spurius. Nota dictionem, qua verborum formae antiquae cum recentibus miscentur, et quae ad n. 491 ipse exposui.

N. 2209: integrum titulum v. Grut. 176, 2: P . CORNELIVS . P . F . DOLABELLA ‖ C . IVNIVS . C . F . SILANVS . FLAMEN . MARTIAL ‖ CoS ‖ EX S . C ‖ FACIVNDVM . CVRAVERVNT . IDEMQVE . PROBAVERVNT.

N. 2210: Mommsenius inter spurios quidem non retulit, suo tamen iure pro suspecto habuit VOLCANI FLAM, ex corrupto fortasse cognomine ortum. I N. 214.

N. 2211; cf. Mommsen, *Inschriften von Ameria*, *Ber. d. S. Ges. d. W.* 1849, p. 271.

N. 2212: Gud. 119, 18 pro VIRB cet. habet: VIRT ‖ S . C . TRIB . AERAR ‖ II . VIR, in quibus scribendum esse videtur SCRIB; Murat. 166, 6: VIR . B ‖ SCRIB. AEDIT . II . V. De *flamine* igitur *Virbiali* parum constat. Quas vero Orellius laudat inscriptiones Gruterianas, quibus fl. Virbialem commemorari dicit, eas unius monumenti diversa apographa esse facile apparet. De eo cf. ad n. 4102.

N. 2213. notas $\overline{Q}$. $\overline{C}$. $\overline{V}$, ab Orellio in Indice notarum male explicatas, interpretare: *Quaestoris Coloniae Viennensis*; cf. n. 3842.

N. 2214; v. 3 pro SVAE ‖ VIRO scr. SVAE . ‖VIRO.

N. 2219: recte coniungitur FLAMINIS . PERPETVI; cf. n. 5992, in quo AVG*usti* eadem ratione collocatur. Notam vero F nihil aliud nisi *Filii* indicare et monumentum ad Neronem Claudii Augusti filium referendum esse censeo.

N. 2223, v. 2. ALFINO; v. 4. ALPI recte; cf. Labus, *Via del Sempione* p. 13. Vidi ipse.

5991. *m* · VAL*Erio* · *m* · *f* ‖ PVB · NASON · ‖ IIII · VIR · VIAR · CVR · ‖ FLAM · AVG ‖ PRIMO · VERON ‖ CREATO · ‖ PLEBS · VNIVER*sa* — *Colognolae* agri Veronensis, nunc in Museo Veronensi. Orti, *l'antico marmo di Valerio Nasone*, *Verona*, 1836, p. 7 et tab.

5992. L FL · PAPIR ‖ RVFINO ‖ FLAM · AVG · PERP 1) ‖ $\overline{IIII}$ VIR 2) $\overline{II}$ VIR 3) QVINQ ‖ PRIMO ORDO CA‖LAMENSIVM · OB ‖ MERITA · ET · MVNI‖FICENTIAM EIVS ‖ AERE CONLATO — Calamae. Clarac, *Musée de sculpture*, *Inscr.* pl. LXXVIII, n. 60.

1) Cf. ad n. 2219. 2) cf. n. 7060. 3) cf. nn. 5664. 5665. 7050.

5993. M · FLAVIVS SE‖CVNDVS FILIVS ‖ FECIT ‖ T FLAVIO · SECVN‖DO PATRI PIO ‖ MILITAVIT · A · XXXII ‖ VIXIT ANN · LXII · H · S · E · ‖ FLAVIAE · VRBANAE ‖ MATRI PIAE VIX · ‖ ANN · LV · H · S · E · ‖ FL SECVNDAE SO‖RORI V · A · XII · H · S · E · ‖ T · *fl.* MARCELLO FRA‖TRI P · V · 1) A · XX · H · S · E ‖ *t.* FL · MARTIALI · FRATRI ‖ P · MIL · A · XII · V · A · XXXV · H · S · E · ‖ FL · SPERATAE SORO‖RI P · V · 1) A · XXXVI · H · S · E · ‖ AEMILIAE · SEX · FIL ‖ PACATAE · VXORI · PIAE ‖ FLAMINICAE PERP ‖ VIX · ANN · LVIII · H · S · E · ‖ T · FLAVIVS T · FILIVS ‖ PAP · SECVNDVS IPSE ‖ FLAMEN · PERP · VIX · ‖ AN · LX · H · S · E · ‖ FL · T · FILIAE · PACATAE FLA‖MINICAE PERP · COL ·

THEILEPT · FIL · PIAE · FL · LIBERA MASTER STATVAM POSVIT ‖ V · A · XVI · M · X · H · S · E · ‖ FLAVIA · *li*bERA · T · FL · SECVNDI VXOR ‖ PIA V · AN · XXXVIII · H · S · E — *Kazareen.* Jahn *Ber. der sächs. Ges.* 1850 p. 188, ubi vide ceteros; a quo constitutam lectionem exhibui.

1) *Pie*, vel *Pio* vel *Piae*, V*ixit*.

5994. VARIAE · L · F · GESTIANAE ‖ VXORI ‖ L · CALIDI · L · F · STEL · NIGRINI · IIII · VIR ‖ IVR · DIC · IIII · VIR · QVINQ · II · AVGVR · FLAMI‖NIS · AVG · PARENTIS · [1] PATRONI · MVNICIPI ‖ FILIAE ‖ L · VARI · L · F · QVINTIANI · TRIBVNI MILITVM ‖ LEG · II · ADIVTRICIS TRIBVNI MILITVM ‖ LEG · X · GEMINAE · IIII · VIR · QVINQ · PATRO‖NI MVNICIPI ‖ MVNICIPES ET INCOLAE — a latere dextro: L · CALIDIO · L · F · STEL · NI‖GRINO ‖ FILIO · L · CALIDI · NIGRINI · PATRO‖NI · MVNICIPI ‖ NEPOTI ‖ L · VARI · QVINTIANI · PATRO‖NI · MVNICIPI — a latere sinistro: L · CALIDIO · L · F · STELLAT ‖ QVINTIANO (cetera ut a dextro latere). In imo lapide: L · D · D · D — Rep. 1563 in loco *Collemancio*; de Costanzo, *S. Rufino*, app. p. 139, ex Ms. vetere. Murat. 1109, 3 partem tituli refert, quam Interamnae esse dicit. Pertinet tamen ad Asisium.

1) PARENS COLONIAE v. n. 605; fortasse eadem ratione in hac quoque inscriptione Augustus parens dicitur.

5995. P · OCTAVIO ‖ FLAVO ‖ FLAMINI · DIVOR · AVG ‖ PROVINC · BALT [1] ‖ P · OCTAVIVS ‖ PRISCVS ‖ PATRI TESTAMENTO ‖ PONI · IVSSIT — Gadibus. *Bibl. Ital.* LVII, p. 248.

1) l. BAET*icae*; cf. Grut. 376, 4: FLAMINI . DIVOR ‖ ET . AVGVSTORVM ‖ PROVINCIAE HISPAN ‖ CITERIORIS cet; et Grut. 489, 9: FLAM . ROM*ae* ‖ DIVOR . ET . AVGG cet. in titulo a colonia *Liberalitate Iulia Ebora*, Hispaniae civitate, publice posito. — Marinius, Arv. p. 386, flamines Divorum et Augustorum *importunos* appellat, atque ortos eos esse putat ex flaminibus illis Divorum Augustorum in Sardinia et Hispania obviis; sed hi cultui tantum praeerant Augustorum defunctorum, illi una cum defunctis viventes quoque colebant, quibuscum Eborae etiam Roma sociabatur.

5996. C · PASSERIO · P · F · ‖ VOL · AFRO ‖ TRIB · MILIT · LEG · XXII ‖ IIII · VIRO · FLAM ‖ DIVI · AVGVST · DD ‖ FLAM · GERM · CAES ‖ PRAEF · FABRVM · III ‖ M · VALERIVS · RVFVS ‖ L · PINCIVS · PACATVS ‖ · · · NCIVS ER · · · · ‖ P · · · TARIVS · RVFVS ‖ SEX · VALERIVS ALBINVS ‖ SEX · CALVISIVS CALLISTVS ‖ AMICI — Viennae Allobrogum. *Giorn. Arcad.* LVI, 1832.

5997. D *m et* ‖ MEMOR*iae* ‖ SEX IVLII S*ex fil* ‖ VOL MAX*imi* ‖ FLAMINIS ROM*ae et* ‖ DIVI AVG ITEM DR*usi* ‖ ET GERM CAES TR *mil* ‖ PRAEF FABR III IIII*viri* ‖ IVR DIC ‖ NEMAVSENS*es* — Nemausi. *Mém. de l'Acad. du Gard, année* 1810, p. 376 sqq. n. XXV. Ipse restitui.

5998. SILVANO SACR ‖ D · GRANIVS PAL CELER ‖ FLAM · MAXIMVS [1] — In agro Lanuvino. Vidit Amatius, qui eum Borghesio communicavit.

1) Flamen maximus mihi quidem novus est.

5999. SER · CORNELIO ‖ SER · F · P · NEP · P · PRO‖NEP · P · AB · NEPOTI · DOLABELLAE · METI‖LIANO POMPEIO MAR‖CELLO IIIVIR · A · A · A · F · F · ‖ SALIO PALAT · QVAESTOR ‖ DIVI · TRAIANI · PARTHICI ‖ SEVIR · EQVIT · ROM · TVRM ‖ III · PR · COS · [1]) FLAM · QVIR[2]) ‖ CORFINIENSES · PVBLICE ‖ PATRONO — *Populi*, olim *Pentimae* (Corfinii). Murat. 313, 2 = 1041, 3; vidit Mommsen, I. N. 5359, ubi v. cett.

1) a. 839 = 86. 2) FLAM*en* QVIR*inalis*.

De flaminatu perpetuo in civitatibus Africae cum cura rei publicae saepe coniuncto cf. quae in Ann. Inst. Arch. 1851, p. 26. 27 exposui.

§. 6. FLAMINICAE.

N. 2229: *matrem municipalem* male lectam esse censeo; fortasse legendum est: MVNICIP*ii*, licet nesciam, quae civitas litteris AL indicata sit; cf. 3774: *mater coloniae*, et μήτηρ τῆς πόλεως Ann. Inst. Arch. 1852, p. 129.

N. 2232: titulus, si genuinus est, mihi quidem videtur pessime exscriptus esse, sed solis Lazii, Iacobonii, Boissardi testimoniis firmatus, gravissimis laborat difficultatibus. Nota v. 2. AVL; v. 3. CEIONIVM cognomine carentem; litteras D. C. coniectura tantum explicatas; nomen coloniae per insolitum certe compendium indicatum; v. 4. VE post nomen officii positum. Nota praeterea et nomen coniugis, cui pro cognomine alterum nomen gentilicium additur, et singularem hominis pietatem, qua etiam pro salute *heredum suorum omnium* votum solvit.

6000. CAMVRENAE ‖ C · F · ‖ CELERINAE ‖ FLAM · FERON ‖ MVNICIPI · SEPTEMP [1]) ‖ MVNICIPES · ET · INCOLAE ‖ TVF · [2]) VTRIVSQ · SEXVS ‖ OB · MERITA · EIVS ‖ H · A · I · R [3]) — *Moscani* prope Tuficum. *Atti dell' Accad. pont. di archeol.* IV, p. 130. Corr. Ramelli, *Tufico*, inscr. n. XII, ex lapide nunc in aedd. publ. Fabrianensibus exstante.

1) SEPTEMP*edani*. 2) TVF*icenses*. 3) *Honore Accepto Impendium Remisit.* — Ad eandem feminam spectat Grut. 308, 3.

6001. ANNIAE AELIAE RESTITVTAE ‖ FLAM · PERP · OB · IN‖SIGNEM LIBERALITA‖TEM POLLICITATIO‖NIS EIVS HS CCCC N ‖ AT THEATRVM FACI‖ENDVM CVI CVM OR‖DO · OB · EAM · CAVSAM · STA‖TVAS QVINQVE DE PV‖BLICO PO*ni* CENSVIS‖SET ETIAM OB MERITA ‖ L ANNI AELI CLEMEN‖TIS FLAM AVG PP [1]) PA*ren*TIS EIVS CVI AERE CONLA‖TO · VNIVERSI CIVES STA‖TVAM POSVISSENT ‖ · · · · · · · V·NIVE · · · · ‖ · · · · D D · · · · · · — Calamae. *Excursions dans l'Afrique septentrionale*, n. 41. *Expl. scient.* pl. 183 n. 6.

1) P*er*P*etui*.

6002. · · · · · AE ‖ · · · · · · · · AE · FLAM ‖ *divae iuli*AE · AVG ‖ *matris d · n · anto*NINI · AVG ‖ · · · · · · · FIL ‖ · · · · · · · · · LIB — Aeclani. Mommsen, I. N. 1091; corr. Brunn, qui vidit. Cf. n. 5841.

6003. · · · · ELLICAE FLAMINICAE ‖ DIVAE AVGVSTAE PROV ‖ *narbonensis* — Breton ville de Vaison 27.

6004. SEMPRONIAE ‖ TEVSCI · F · PLACIDAE ‖ POMPAELONENSI ‖ FLAMINICAE · CON‖SENSV · CONCILII ‖ P · H · C [1]) ‖

CORNELIVS · VALENS ‖ MARITVS ‖ S · P · F — Tarracone. Grut. 325, 1.

1) Inscriptionem hanc afferendam censui, quippe qua sacerdotum provincialium conditio optime illustretur.

§. 7. VIRGINES VESTALES.

N. 2238; cf. n. 696, et quae Borghesius de ea disseruit in Ann. Inst. Arch. 1849, p. 25, et *Giorn. Arcad.* I, p. 178.

N. 2240: De titulo Patavino ab Orellio laudato cf. nunc Furlanetto, *lap. Pat.* p. 146, ubi Borghesius lapidem in Museo Patavino asservatum a falsario quodam exaratum esse demonstrat.

N. 2241: iniuria de sacerdote Vestali Orellius dubitat; cf. n. 696 exstantem in Museo Vaticano.

§. 8. SALII. LVPERCI.

N. 2242, minus bene ab Or. saeculo tertio tribuitur, quum tribus et nomen patris adiuncta antiquiorem titulum esse evincant.

N. 2244, v. 1. PALATINORVM; v. ult. PLOTII . ACILLII . LVCILII; corr. Melchiorri ex archetypo, Bull. Inst. Arch. 1842, p. 133.

N. 2248: inter voces CAES et ANTONINVS, deinde post PIVS litterae aliquot de consilio erasae sunt, nomina videlicet *M. Commodi*, et cognomen *felicis*; pro *praefectura* l. PRAEFECTVRAE, pro D l. Ɖ; in fine mutilem quendam versum REIP . REMISIT interpretatus est Petrinius (*Memorie prenest* II. 5); Abeken autem, qui et ipse Praeneste lapidem inspexit, ita fere litterarum vestigia Kellermanno descripsit: DIIDCIƆCIƆƆE.

N. 2250: dormitavit paullulum Orellius, quum Ligoriani aliquid inesse suspicaretur codici Einsiedlensi septingentis fere annis ante Ligorium conscripto. Titulus igitur plane sincerus est, sed ad Romam eum non pertinere facile patet, unde Mommsenius eum Ticinensibus tribuit; *Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 315; cf. ad n. 641. — Qui ab Orellio laudatur Salius Veronensis mihi certe suspectus vel male fortasse exscriptus est. Ceterum v. 1. l. SEXTILIVS; cf. Hänel, Anon. Einsiedl. *Archiv. f. Phil. u. Pädag.* V, 1, p. 121.

N. 2251, v. 1. AFILANO; v. 3. ORNAT; v. 5. deest DECVRION; v. 7. AFILANVS. Exstabat non Praeneste, sed Afilae; corr. de Costanzo, *S. Rufino, append.* 144.

N. 2252; alterum tituli exemplum plane simile exstat in Mus. Cap., in quo pro *municipibus* DECVRIONES leguntur, versus autem aliter divisi sunt; cf. Fabr. 456, XVI et 75. Ipse vidi.

N. 2253, v. 2. LEGE; ita ex codice Vaticano Mommsen, *de apparitoribus*, *Rh. Mus. N. F.* VI, p. 38. Falsum exemplum in Mus. Vat. asservatur.

N. 2254, extr. ,*I*\\ ,,I\\; versus paullo aliter distributi; v. nuper de Rossi.

6005. MARCO SALONIO ‖ A · TI · CLAVDIO · CAESARE ‖ AVGVSTO · GERMANICO ‖ CENSORE · ADLECTO · IN ‖ SENATVM · ET · INTER TRIBVNICIOS · RELATO ‖ AB · EODEM · ADSCITO · IN ‖ NVMERVM · SALIORVM ‖ SALONIA · MATER ‖ FILIO · PIENTISSIMO ‖ VIVA · FECIT — Vicentiae. Maff. M. V. 377, 8; Furlanettus exscr. et misit Borghesio.

6006. *l · eggio · l* · F · COR · AMBIBVLO ‖ POM*peio* · *lon*GINO CASSIANO · L · MAE‖CIO POS*tumo* · *cos* 1) FLAM · CLAVD · SALIO · COLLINO · PR · ‖ CANDIDATO · *procos* · *pro*V · MACEDONIAE · Q · CANDIDATO ‖ DIVI TRAIAN*i* · *part*HICI · AB · EODEM · AD-

LECTO · INTER · PATRI‖CIOS · SEVIRO · EQ · *rom* · *tr* · *mil* · LEG · XI · C · P · F · [2]) XVIRO · STLITIBVS · IVDI‖CANDIS · ‖ IIVIR · Q*q* · *item pa*T · COL P · D · D — Aeclani, nunc Boniti. Fragmentum maius ed. Guarinius, Comm. XII, 19, cum supplementis Borghesii, quae ex altero frusto nunc addito paullulum corriguntur. Mommsen, I. N. 1110.

1) Cos. 879 = 126. 2) *Claudiae Piae Fidelis.*

6007. M · NVMMIO ‖ VMBRIO · PRIMO ‖ M · F · PAL · SENECIONI ‖ ALBIN · COS · [1]) PR · CANDIDAT ‖ LEG · PROV · AFRIC · LEG · PROV · ASIAE ‖ Q · CANDIDAT · AVGVSTOR · PONTIF ‖ SALIO · PALATINO · [2]) VI · VIR · EQ · TVRMAE · PR ‖ IIIVIRO · MONETALI · A · A · A · F · F ‖ M · NVMMIVS · EVHODVS · LIB ‖ NVTRITOR · ET PROCVRATOR ‖ L · D · D · D — Brixiae. *Bull. Nap.* III, p. 100.

1) Cos. 206 = 959. 2) Salius factus anno 191, ex collegio exiit pontifex factus anno 199. — Titulus propterea hic proponendus erat, quod inscriptiones Marin. Arv. p. 166. ad album Saliorum pertinere ex eo potissimum apparet; cf. fragm. IV, v. ult. et VI, 6, et Borghesi, *Bull. Nap.* I, l. — Partem eius albi habes apud Orellium n. 2207.

6008. . . . . . Q · F · AN L · BAE*bio* (?) . . . .
. . . . . *i*IVIR VAL*enti*
. . *qua*ESTORI LVPERCO · LAVR · LA*vinati*
IIVIR · IIIVIR · AED · P*lebis* [1])
. . . . *e*T COLLEG*ia* *f*ABR ET CENTONA*riorum*
*ob ra*RAM FID*em* *e*T · INDVSTRIAM L *d. d. d.* (?)

Tria fragmenta variis temporibus in loco *S. Maria di Carbognano* prope Ariminum eruta, quae composuit Tonini, *Rimini* p. 299, n. 25.

1) Cf. n. 3979.

6009. L · LICINIO · SECVNDINO · L · FIL · QVIR ‖ DECVRIONI CAE‖SARIENSIVM ‖ EQVO · PVBLICO ‖ EXORNATO ‖ SACRISQVE · LVPER‖CALIBVS FVNCTO ‖ . . . . ‖ . . . . CON‖SOBRINO — Iuliae Caesareae (*Scherschel*). *Mém. des Ant. du midi de la France* IV, p. 297.

6010. A · CASTRICIVS · MYRIO ‖ TALENTI · F · TR · MIL · PRAEF · EQ ‖ ET · CLASSIS · MAG · COLLEG ‖ LVPERCOR · ET · CAPITOLINOR ‖ ET · MERCVRIAL · [1]) ET · PAGA‖NOR · AVENTIN · XXVI VIR [2]) ‖ . . . . . . MONI · PER · PLVRES ‖ . . . . . SORTITIO‖NIBVS ‖ . . . . IS · REDEMPTIS — Lanuvii. Bull. Inst. Arch. 1842, p. 104.

1) De Capitolinis et Mercurialibus cf. Cic. ad Q. fr. II, 5. 2) XXVI viratus lapidem ante annum 741 exaratum esse docet.

6011. CLESIPP*u*S · GEGANIVS ‖ MAG · CAPI*tolin* · MAG · LVPERC · VIAT TR — *Mesae* (ad medias) in paludibus Pomptinis. Exscr. de Rossi. Huius inscriptionis mentio exstat apud Morcelli, *de stilo inscr.* p. 65, a, ed. I (vol. I. I, p. 1, c. 2, n. LXXXIII).

§. 9. CVRIONES. SEPTEMVIRI EPVLONVM. QVINDECIMVIRI SAC. FAC.

N. 2261, male compositus; versus enim ultimus ad aliam inscriptionem pertinet; cf. Mommsen, I. N. 2422 et 2403.

N. 2263, v. 5. VNDANVS; v. 6. PRAET; v. 8. CAELIVS; v. 9. PANNYCHVS, VOTIVOS; v. 16. XV . SAC . FAC; v. 21. 22. DEFVNC ‖ CVI (sic); v. 22. fin. VESTRA; v. 28. SVSCRIPSI; v. ult. T . FL . COELIANO; Mommsen, I. N. 2558, cuius ectypum chartaceum ipse vidi. — Quae de *sacerdotibus quindecimviralibus* Orellius exposuit, eo refelluntur, quod sacerdotes feminae eius generis saepe commemorantur: decreto autem illo XVvirum s. f., quae eorum indoles fuerit, satis constat; cf. n. 2322 et 5963.

6012. *Curionem maximum* habes n. 5425, *curiones minores* apud Grut. 305, 4, et Mur. 665, 3: M · ACCENNA · M · F · GAL · HELVIVS ‖ AGRIPPA · PRAETORIVS TRIB · PLEB ‖ LEG · PROVINCIAE AFRICAE DIOECESIS ‖ CARTHAGINENSIVM ITEM QVAESTOR ‖ PROVINCIAE AFRICAE VIII · VIR · 1) CAPITALIS ‖ TRIB · LATICL · SYRIAE · LEG · XVI · FLA ‖ ITEM · TRIB · LATICLA · BRITANNIAE LEG · XX ‖ VAL VICTRICIS CVRIO MINOR VIXIT ‖ ANNIS XXXIIII · MENSIBVS · · · · DIEBVS XXIIII ‖ M · ACCENNA · HELVIVS AGRIPPA ‖ PATER FECIT — Hispali.

1) corr. *III vir.*

6013. DIS · MAN ‖ C · NONI · C · F · VRSI ‖ SACERDOTIS · CABESIS 1) ‖ MONTIS ALBANI ‖ CVRIONIS ‖ C · NONIVS · IVSTINVS ‖ ALVMNO · DVLCISSIMO ‖ VIX · ANN · LI · M · XI · D · XIIII — Romae. Grut. 323, 9; vidi in vestibulo aedium Maximorum. Falso igitur a Seidl, Excurs. epigr. VI, 32, ceterisque rerum Stiriae scriptoribus ad *S. Petri* prope Celeiam collocatur.

1) Sic in lapide legitur.

6014. M · VALERIO · M · F · QVIRINA ‖ QVADRATO XVIRO ‖ STLITIB · IVD · TRIB · LATICL ‖ LEG · III · AVG · SEVIRO ‖ EQVITVM · R · 1) Q · AVG ‖ TR · PL · CANDIDATO ‖ PRAETORI VIIVIRO ‖ EPVLONVM — In fundo *Marcosimone* agri Romani. Bull. Inst. Arch. 1840, p. 96.

1) Romanorum.

6015. FAVSTINAE · AVG · ‖ IMP · CAES · M · AVRELI ‖ ANTONINI · AVG · GERMA‖NICI · TR · POT · XXVII · ‖ COS · III · 1) P P ‖ C · LABERIVS QVARTINVS ‖ COS 2) VIIVIR · EPVL · — Ferentini. Bull. Inst. Arch. 1850, p. 145.

1) a. 926 = 173. 2) Suff. anni incerti.

6016. ANNIAE ‖ Q · F · RVFINAE ‖ P · CASSI · DEXTRI ‖ VIIVIR · EPVLON ‖ OB · MERITA · AVI ‖ RVFI ET ALBINAE ‖ MATRIS EIVS EX CON‖SENSV · VNIVERSORVM — Canusii. Mommsen, I. N. 645.

6017. D · M ‖ T · FLAV · POSTVMIVS VARVS · V · C · COS · ORATOR ‖ AVG · XV · VIR PRAEF VRB · [1]) VIXI BEATVS DIIS ‖ AMICIS LITERIS ‖ MANES COLAMVS · NAMQVE OPERTIS MANIB · DIVINI ‖ VIS EST AETERNI TEMPORIS[2]) — Romae. Fea, *Giorn. Arc.* 1829, XLIV, 132, p. 337; Ann. Inst. Arch. 1844, p. 54.

1) a. 271. 2) Ritschl (anthol. lat. coroll. epigraph. 1853.) haec ita constituit: *Divi invident usum aeviterni temporis.* Contra Baiterus: *Divina vis est sempiterni temporis.*

6018. D · M ‖ IVLIAE PROCV*li*NAE ‖ VXORI PVDICI*ssi*ME ‖ ET OBSEQVENT*is*SIME ‖ T AQVILLIVS PRO*c*VLVS ‖ CONSVL · PRÓ · CÓN‖SVL · XV · V*i*R ‖ ET SI*bi* — Puteolis rep., nunc in R. Mus. Neap. Ignarra, de phratriis p. 154; Mommsen, I. N. 2501. A lateribus hinc tripus, illinc fasces. De tripode quindecimvirum signo cf. ad n. 5957.

§. 11. FETIALES.

N. 2273, corr. Marin. I. A. n. XLIX, p. 54: v. 1. Q . IVLIO; v. 10. THIC; AVGVSTOR.

N. 2274, corr. Kellerm. Vig. 248: v. 1. M . SERVILIO Q F HOr ‖ FABIANO cet.; v. 9. PROVIN; PRAE*t*; v. 13. HONORATV*s*; v. ult. LEG I ..... ‖ .... ‖ .. AMICo .... Exstat in Mus. Vat., ubi vidi.

N. 2276, v. 2. PRAEF sic.; v. 9. LATINI sic.; v. 11. MARTIAL; v. 13. TR.; praeterea versus minus recte divisi, ac varia litterarum altitudo neglecta ab Orellio; Mommsen, I. N. 2211. De rebus cf. A. W. Zumpt, de Lavinio et Laurentibus Lavinatibus cet. Berolini 1845, ubi quae minus recte disputata mihi videbantur, in Eph. litt. Ienensibus (1847, n. 60 sqq.) exposui.

6019. Q . LICINIO ..... ‖ MODESTIN*o* ...... ‖ LABEONI · XV*viro s · f* · ‖ FETIALI · CONSVL*i* .... ‖ PRAEF · AERAR ... *cur* ‖ VIAE · SALARIAE · *pr · trib* ‖ PLEBIS · QVAESTO*ri prov afri*‖CAE · XVIR · STILITI*bus* [1]) *iud* ‖ SODALI ...... ‖ ALBANI *longani* ‖ BOVILLENS*es* — Reperta esse videtur Bovillis; exstabat olim Velitris in Mus. Borgiano. Riccj, *Albano* p. 103.

1) Sic apud Riccium legitur.

6020. T · MARCIO · III ..... ‖ SACERDOTI · FETIALI *trib* ‖ LEG · XIIII · GEM · *quaest* · PROVINCIAE · ACAIAE · A*b* · *act* ‖ SENAT · AED · CVR · PRAET ... ‖ CVRATORI · VIAE · LATINAE · *leg* ‖ LEG · II · AVG ‖ GRANIA · TERTVLLI*ana* — Tibure. Cabral e del Re, *Ville di Tivoli* 123.

§. 12. REX ET REGINA SACRORVM.

N. 2280, v. 1. 2. male a Donatio additi: desunt enim apud Murat.

N. 2281, v. 3. PONTIFICVM P . R . II .. ‖ — Vidi ipse in aedd. Matthaeiorum. Quattuorviri igitur in lapide legebantur, qui Bovillensium magistratus erat; cf. 2252. De *fictoribus* cf. Varronem, L. L. VI, 3, et Serv. ad Aen. II, 116; IV. 512.

§. 13. AVGVRES.

N. 2284, v. 2. Q . FL.; Mommsen, I. N. 4036; cf. Or. 3162 et 6481. De Mavortio v. doctissime disputantem Borghesium apud Gervasium, *Mavorzio Lolliano* p. 14 sqq.

N. 2285, v. 3. in. AVGG . NN (pro IN CONSIST); v. 8. SALIO (pro MIN); v. ult. DIGNISSIMO; Mommsen, I. l. 4550, Dionysiam et Amadutii schedas Savignanenses secutus. Quae varie ab aliis leguntur, de consilio omitto.

N. 2290, quam ob rem ad augures referatur, mihi certe non liquet. Orellius quidem Muratorii opinionem secutus esse videtur, sed recte iam Furlanettus titulum nihil ad sacra pertinere docuit; *Lap. pat.* p. 112.

N. 2293 exstat in villa Bosia, nunc Brenda, inter viam Flaminiam et Salariam veterem II m. p. ab Urbe, ubi ita eum exscr. de Rossi:

L . FONTEIVS . FLAVIANV .
HARVSPEX . AVGG . C . .
PONTIFEX . DICTATOR
ALBAN . MAG . PV . . . . .
HARVSPICVM . OI . . . .
HARVSPICVM . LX . . . .

6021. *q · pompeio · q · f · rufo* ‖ *l* · CoRNELIO · L · F · SVLLA · *cos* ‖ POST R C AN ÐC*lxvi* (?) ‖ L SEMPRONIVS L F ATRA*tinus cooptatus* ‖ CN · DOMITIO M F CAL*vino · ii* ‖ C · ASINIO CN F POLLION*e · cos* ‖ L CORNELIO L F BALBO P CA*nidio · p · f · crasso · suf* · ‖ POST R C ANN ÐCCX*iv* ‖ P · PETRONIVS P F · · · *cooptatus* ‖ Q · CAECILIO CRETICO M · F · *silano a licinio nerva siliano cos* ‖ POST R C AN ÐCC*lx* ‖ DECVRIA II · · · · ‖ M CORNELIVS M *f* · · · *cooptatus* [1]) ‖ · · · · · · · · · — Romae. Cardinali, *Memorie romane* II, p. 86; Fea, *Fasti* n. 10. Cf. Borghesi, *Ann. Inst. arch.* 1849, p. 52.

1) Borghesius (*Oss. numism. Decad.* VII, *oss.* 7.) hoc fastorum sacerdotalium fragmentum ad augures pertinere eo probavit, quod in nummis Antonii triumviri augur commemoratur L. Sempronius Atratinus. Mercklinius deinde (*Cooptation*, p. 217.) in primo versu alterum Sullae consulatum legendum proposuit, ante annum 673, quo quindecim augures a Sulla facti sunt, decurias eorum non fuisse ratus. At minus bene v. cl. decuriarum rationem intellexit; in collegio enim augurum aliisque quibusdam collegiis sacerdotalibus tot decuriae erant, quot sodales eorum; cf. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 135; Grut. 300, 1 et nostros nn. 6047. 6058. Diiudicari igitur nequit, utrum prior, an alter consulatus Sullae ab initio fragmenti commemoratus fuerit. — Ad idem collegium augurum pertinent Grut. 300, 1 et Fabr. 494, 188 = Mur. 350, 2; cf. Borghesi, *Memorie dell' Inst. Arch.* p. 158.

6022. *de se*NATVS ‖ *s*ENTENTIA ‖ IN · MVNERIBVS ‖ FABIAE · PASSIENI ‖ SATVRNINI ‖ AVGVRIS AVGVSTI — Inter rudera Tusculi. Amatius misit Borghesio.

6023. C · PASSIENIO · C · F · SCAP · ‖ COSSONIO · SCIPIONI ‖ ORFITO · C · V · AVGVRI ‖ PVBL · P · R · QVIR · ADLEC ‖ INTER · PATRIC · PRAE*t* ‖ CANDID · CVR · R · P · S*u*‖TRINORVM · Q · VRB ‖ · X · VIR · SCLIT [1]) (sic) · IVD ‖ SEVIRO · EQVIT · ROM ‖ POPVLVS · AERE · CONL · D · D — Grumenti. Mur. 728, 2; corr. Mommsen, I. N. 314.

1) i. e. *Senatus Consulto* LIT*ibus*. Mommsen.

§. 14. HARVSPICES SORTILEGI.

N. 2291, Murat. l. l. eumque secutus Mommsenius, I. N. ind. cognom. Romae tribuunt.

N. 2300, cf. n. 5984.

N. 2303: vidit Petrinius, *Mem. di Palestrina* IV, 44. De praefectura fabrum pluries repetita cf. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1849, p. 46 sq. Nihil igitur obstat, quo minus pro genuino titulus habeatur.

N. 2304: hic quoque titulus, si sortilegum acceperis, nihil suspecti habet, nisi quod sola schedarum Barberinarum fide nititur.

6023 a. M · VALERIO · M · F ‖ QVIR · BASSO ‖ TRIB · MIL · LEG · III ‖ CYRENEICAE ‖ SCRIB · Q · VI · PRIMO ‖ HARISPIC · MAXIMO [1] ‖ TESTAMENTO · FIERI ‖ IVSSIT · SIBI · ET · FRATRI · SVO ‖ HS · L · M · N · ARBITRATV ‖ HEREDVM, et:

6023 b. M · VALERIO · M · F ‖ QVIR · SATVRNINO ‖ TRIBVNO ‖ MIL · LEG · III ‖ CYRENEICAE ‖ HARISPICI · MAXIMO [1]) — Cippi marmorei in fundo *S. Agata de petra aurea*, qui et *Coazzo* dicitur, in via Nomentana circa VII. m. p. ab Urbe sito prope rudera villae cuiusdam antiquae nuper effossi. Ed. P. H. Visconti, *Giornale di Roma* 1854, n. 155, p. 645.

1) Haruspices maximos, quod equidem sciam, ex his primum titulis cognovimus. Eos autem ordini haruspicum praesedisse, ipso eorum nomine videtur constare.

6024. AI [1]) ‖ TIB · ADN · SEQVENS ‖ PRO · SALVTE · SVA · ET · SEN ‖ . . . CETAE · CON‖*iugis* . . . . ‖ . . . . ƆRVM ‖ T · SATVRNIN · AVRELIVS ‖ PRO · SALVTE · SVA · ET ‖ IVNIAE · LVCILIAE ‖ CONIVG · ET · TITI · AVR ‖ APOLLINARIS · FILI ‖ HARVSPICIB · COL · D · D — Mogontiaci. *Rhein. Iahrbb.* I, p. 84, 8.

1) Litterae supra titulum positae quid significent, parum liquet.

6025. Q · LARTIO · L · F · RVFO ‖ HARISPICI · VI · VIRO ‖ Q · LARTIO · Q · F · SIMPLICI ‖ HARISPICI ‖ CICEDIA · Ɔ · L · SPERATA ‖ SIBI · VIRO · FILIO · ET ‖ LARTIAE · ABALE · LIB ‖ V · F — Faventiae. V. Mommsen.

6026. D M ꟻ M [1]) ‖ GF [2]) SABINI CAM‖PANI TEANENSIS ‖ EQ R HARVSPICI ‖ SVI TEMPORIS SIN‖GVLARI Q V AN LVIII ‖ M V D V GF [2]) SABINIA‖NVS FIL PATRI RARIS‖SIMO ET AMANTIS‖SIMO SIC SIBI FIERI ‖ ANTEQVAM DECE‖DIT REBVS VMANIS ‖ IPSE MANDAVIT — *Poitiers. Mémoires de la Société des Antiquaires de l'Ouest*, *année* 1843, p. 53.

1) l. ET *Memoriae*; cf. 3694. 2) Fortasse G . *Flavii*?

§. 14. SACRA ISIACA. FANATICI.

N. 2306, v. n. 6029.

N. 2315, v. 2. SACROR; Cavedoni, *M. Modenesi* n. XII.

6027. ISI ET SERAPI SACRVM ‖ Q · FABIVS TITIANI LIB INGENVVS SEVIR ‖ AVGVSTALIS FAB CANDIDA SACRORVM S · P — Regii. Logoteta, *tempio di Iside e Serapide*; Mommsen, I. N. 1.

6028. CN · HELVIVM ‖ SABINVM · AED ISIACI ‖ VNIVERSI · ROG — et: M · CVSPIVM · PANSAM ‖ . . . POLYBIVS · NATALIS · CLIENS · CVM · ISIACIS · ROG — Pompeiis, scr. in pariete. *Bull. Nap. n. s.* 1853, p. 151 et p. 177.

6029. D · FABIO · D · FILIO · PAL ‖ FLORO · VERA*n*O [1]) ‖ SACERDOT · SANCT REGIN [2]) ‖ IVDICIO MAIESTATIS EIVS ‖ ELECTO ANVBIACO PRIMA ‖ [DEC · LAVR · VIC · AVG · QVATTER

VI]³) ‖ NAVICVLARIO · V · CORPOR ‖ LENVNCVLARIORVM OST ‖ HONORIB · AC · MVNERIB · ‖ OMNIB · FVNCT · SODALI ‖ CORP · V · REGION · COL · OST ‖ HVIC · STATVAM · FLAVIVS · ‖ MOSCHYLVS V · C · ISIACVS ‖ HVIVS · LOCI · MEMOR · EIVS ‖ SANCTIMONIAE CASTITAT ‖ TESTAMENT · SVO COSTITVI (sic) ‖ AB HEREDIB · SVIS · IVSSIT · ‖ PATRONO · MVNDITIARIO ‖ · · · · · · · ⁴) ‖ L D D D P — OB HONORE (sic) QVO DIE SACERD F*l* · ⁵) ‖ DEDICAT · XVII KAL A · · · ⁶) ‖ TER ET SEMEL COS ⁷) ‖ LOCVS · DATVS A IVLIO ‖ FAVSTINO PONT · VVLK ‖ AED SACRAR · ⁸) PERMISIT ‖ ACT · · · · · FL · MOSCVLI (sic) ‖ SVB QQ · C · P ⁹) ‖ Q · VETVRI FIRMI FELICIS ‖ SOCRATIS ET ‖ L · FLORI EVPREPETIS ‖ OB CVIVS DEDICATIONE DEDIT DECVRIONIBVS ✳ III ‖ CVM OFFICIO BASILICES — Romae, in Mus. Capitol., Ostiae, ut videtur effossus. Mur. 158, 1; Guasco n. 390 et 72. Monumentum litteris quidem grandibus exaratum, sed in aliquot locis satis detritum et in alto collocatum haud exiguo labore ipse descripsi cum Philippio.

1) VERAIIO in lapide legi, unde probabiliter videtur effici posse quod supra posui. 2) Intellige *Isidis*. 3) Quae uncis inclusi, in litura reposita sunt. 4) Mur. B . M, quae nunc desiderantur. 5) SACERD . FA*ctus est*. 6) KAL*endas Augustas*, vel *Apriles*. 7) Consulatum intellige Severi III et Caracalli, a. 202 = 954. 8) Cf. n. 2154. 9) SVB Q*uin*Q*uennalitate censoriae potestatis*.

6030. DIS · MA*nibus* ‖ TELEGENIAE · L · *l* · · · · ‖ SACRORVM ‖ C · TERENTIVS · ANTH*us* · *coniugi* ‖ SVAE · CARISSIMAE — Romae, in horreis Musei Vaticani. Vidi cum Mommsenio.

§. 16. RELIGIONES MATRIS DEVM MAGNAE IDAEAE. TAVROBOLIA. CRIOBOLIA.

N. 2326, v. 4. ET ARAM TAVROBOLATAM; v. ipse in Mus. Vat.; corr. quoque Osann, Sylloge p. 453, CLXVI, sed scripsit SACERDOTES, ut recentiori manu adiunctum in lapide legitur.

N. 2327, v. corr. n. 6033.

N. 2328, v. 3. COL . LIB . IANVARI*a*, certa coniectura corr. Mommsen, I. N. 1399; v. 8. TERENTIA corr. idem ex n. 2329.

N. 2329 ad Beneventum pertinet.

N. 2332, v. 2. fortasse CRIOB? — Not. 3. XV*viroli*, sc. sacerdote, ut in N. 2333, quem vide corr. ad N. 2396.

N. 2336, v. 1. supple L. IVLIO V*rso serviano iii*, cos. a. 133 (cf. Borghesi, *Bull. Nap.* III, p. 98.); v. 2. NON O*ct*; v. 3. ECITIVM; v. 5. DEA*e*.

N. 2338, in. D. M. Titulum Aquileiae repertum esse ibique in monasterio *delle Vergini* asservari docemur *Istria* V, p. 204.

6031. : : : : : : : : : : : ‖ : : : : : : : : : : ¹) ‖ NVMINIB · AVG TOTIVSQVE ‖ DOMVS DIVINAE ET SITV ²) C C C ‖ AVG LVGVD ‖ TAVRIBOLIVM FECE‖RVNT DENDROPHORI ‖ LVGVDVNI CONSISTENTES ‖ XV · KAL · IVLIAS ‖ : : : : : : : : : : : : : : : : : : ‖ MARCO SVRA SEPTIMIANO ‖ COS ³) EX VATICINATIONE ‖ PVSONI IVLIANI ‖ ARCHI‖GALLI ⁴) SACERDOTE ‖ AELIO CASTRENSE ‖ TIBICINE FL. RESTITVTO ‖ HONORI OMNIVM ‖ CL SILVA-

NVS PERPETVVS ‖ QVINQVENNALIS INPEN‖DIVM HVIVS ARAE REMISIT ‖ L D D D — Rep. Lugduni 1821. *Mémoires des Antiquaires de France* V, p, 87; corr. Boissieu, *Inscr. de Lyon* I, 21, p. 31.

1) Nomen Commodi Augusti abrasum est. 2) Pro *situ* in ceteris eius generis monumentis Lugdunensibus *statu* legitur; cf. 2322. 2325. 6032. 3) A. 190. Cf. *Memorie dell' Inst. Arch.* p. 159; Mar. Arv. p. 166. 167. 4) Cf. Grut. 30, 2.

6032. PRO SALVTE IMP L SEP‖TIMI SEVERI PERTINA‖CIS AVG ET *d · clodi septimi albi*N*i caes* ‖ DOMVSQ DIVINAE ET STA‖TV C C C AVG LVG TAVROBO‖LIVM FECERVNT AVFVSTIA ‖ ALEXANDRIA ET SERGIA ‖ PARTHENOPE EX VOTO ‖ PRAEEVNTE AELIO CASTREN‖SE SACERDOTE TIBICINE FL ‖ RESTITVTO INCHOATVM EST ‖ SACRVM VII IDVS MAI CON‖SVMMATVM V ID EASDEM ‖ IMP L SEPTIMIO SEVERO PERTINAC AVG *ii* ‖ *d clodio septimio albino caes* ‖ II COS [1] ‖ *l* D *d d* — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* I, 22, p. 33.

1) A. 194.

6033. MATRI · DEVM ‖ TAVROPOLIVM · INDICTVM ‖ IVSSV IPSIVS ET STIPE CONLATA ‖ CELEBRARVNT PVBLICE NARBON · · · — Narbone, ex mss. *Mém. des Ant. du midi de la France* VI, p. 69. Est iam 2327.

6034. C · IVLIVS · EPAE‖NITVS · [1] RELGI‖OSVS · SIBI · ET · L · RAIO · FELICI · ‖ SACERDOTI ‖ MATRIS · DEVM ‖ B · M · P · ‖ POSTERISQ ‖ SVIS — Larini. Mommsen, I. N, 5204.

1) Corr. EPAENETVS.

6035. AGER ‖ RELIGIOSORVM ‖ C · IVLIVS · AQVILI‖NVS · PORTICVS · ET ‖ SEDILIA · DE · SVO · EXSTRVXIT — *Marani*, prope Puteolos. Op. cit. 2556.

6036. Cum *hieroceryce* fortasse conferendus est *hierosalpistes*, quem in titulo sequenti reperire mihi videor: D M ‖ PHILOTAS TALLI [1] ‖ EROSALPISTES ‖ LAMEDON ‖ FILIVS · FECIT · ET · ‖ ROMANA · FILIA — In horreis Musei Vaticani vv. Mommsen et ego.

1) Nomen domini.

6037. · · · · · · · · ENIO · C · FIL ‖ FATALI ‖ CAESARIENSIS ‖ ANTISTI · SANCTISSIMI ‖ NVMINIS · MATRIS · DEVM ‖ DENDROPHORO ‖ DIGNISSIMO — Iuliae Caesareae (*Scherschel*). *Mém. des Ant. du midi de la France* IV, p. 207.

§. 17. SACRA ET MYSTERIA MITHRIACA.

N. 2341, not. 1. *conductoris ferrariarum Noricarum.*

N. 2343 legitur quoque apud Mazocchium fol. 68 avers. (Grut. 303, 2), cuius apographum nonnulla continet minime spernenda, licet Pighianum apud Grut. 1087, 4 accuratius videatur esse confectum. E. g. v. 4. pro *Persica* Maz. PATRICA; v. 14. HIEROCORACICA. — Not. 6. fortasse recte C. P, *clarissimo Puero*?

N. 2344, v. 5. in. PK; Stälin, *Würt. Gesch.* I, p. 49, n. 175.

N. 2353, v. 7. P . M, *pontifex maior*, ni fallor; cf. 2551. v. 8. fortasse corr. TAVROBOLIATVS.

N. 2354, v. 4. QVINDECEM; in inscriptione lateris sinistri: FEBR,

6038. M · AVRELIVS ‖ AVG · LIB · EVPREPES ‖ SOLI · INVICTO · MI‖THRAE · ARAM · ‖ EX VISO · POSVIT · ‖ PROSIDENTIBVS · BI‖CTORINO PATRE · ET · IA‖NVARIO · DEDICATA ‖ IIII · NON · IVNIAS · L · EGGI‖O · MARYLLO · ET · GN · PAPI‖RIO · AILIANO (sic) · COS · [1]) — Romae, in Mus. Vat., ubi exscripsi.

1) A. 937 = 184.

6039. INVICTO · MITHRAE ‖ APRONIANVS · ARKAR ‖ REI · P · D · D ‖ DEDICATVM · VII · K · IVL ‖ MAXIMO · ET · ORFITO · COS[1]) ‖ PER · C · ARENNIVM · REA‖TINVM · PATREM[2]) — *Pace* in territorio Aequiculano. Ann. Inst. Arch. **1834**, p. **112**. I. N. 5705.

1) A. p. Chr. 172. 2) Bunsen legit PATR PA, *patrem patrum*, sed ex apographo Rossiano Kellermannus correxit PATREM, haud facile pro *patrum* PA scribi posse ratus.

6040. *ΜΗΤΕΡΙ ΤΗ ΠΑΝΤΩΝ ΡΕΙΗ ΤΕΚΕΩΝ ΤΕ ΓΕΝΕΘΛΩ* ‖ *ΑΤΤΕΙ Θ ΥΨΙΣΤΩΙ ΚΑΙ ΣΥΝΙΕΝΤΙ ΤΟ ΠΑΝ* ‖ *ΤΩ ΠΑΣΙΝ ΚΑΙΡΟΙΣ ΘΕΜΕΡΩΤΕΡΑ ΠΑΝΤΑ ΦΥΟΝΤΙ* ‖ *ΚΡΙΟΒΟΛΟΥ ΤΕΛΕΤΗΣ ΗΔΕ ΤΙ ΤΑΥΡΟΒΟΛΟΥ* ‖ *ΜΥΣΤΙΠΟΛΟΣ ΤΕΛΕΤΩΝ ΤΟΥΤΟΝ ΣΥΝΘΗΚΑΤΟ ΒΩΜΟΝ* ‖ *ΔΩΡΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΘΕΙΟΝ ΕΧΩΝ ΕΠΙΚΛΗΝ* — PETRONIVS · APOLLODORVS · V · C ‖ PONTIF · MAIOR · XV · VIR · SACR · FAC ‖ PATER · SACR · DEI · INVICTI · MITHRAE ‖ TAVROBOLIO · CRIOBOLIOQ · PERCEPTO ‖ VNA · CVM · RVF · VOLVSIANA · C · F · CON‖IVGE · XVI · KAL · IVLIAS · $\overline{\text{DD}}$ · $\overline{\text{NN}}$ ‖ VALENTINIANO · ET · VALENTE · AVGG · III · COSS[1]) ‖ ARAM · DICAVIT — Romae. Grut. 28, 1; cf. C. I. Gr. 6012, b.

1) A. 370.

6041. Novissimum, quod huc usque innotuit, superstitionis paganae monumentum tabula vitrea est, longa palmos $2^1/_2$, alta p. $1^{10}/_{12}$, Romae quidem reperta, sed in Museum Oliveriorum Pisaurensium translata, qua cultum Mithrae et Matris Deum Magnae coniunctum et confusum optime cognoscimus. In ea sacrificium repraesentatur Mithriacum, plurimis eius cultus insignibus circumdatum. A cuius dextra in columna quadam haec leguntur: DEO MAGNO ‖ MITHRAE ‖ POLLENTI CON‖SENTI LARI ‖ SANTO SVO ‖ M · PHILONIVS ‖ PHILOMVSVS ‖ EVGENIANVS ‖ DELIBVTVS ‖ SACRATISSIM(s) ‖ MISTERIIS PER ‖ OIA[1]) PROBATIS‖SIMVS QVI ET ‖ ARCANIS PER‖FVSIONIBVS ‖ IN ÆTERNVM ‖ RENATVS TAV‖ROBOLIV CRIO‖BOLIVMQVE ‖ FECIT ET BVCSI[2]) — In corpore tauri: ABSOLVIT ‖ K MART ‖ AGRI A‖CERESI PA[3]) ‖ ET PONT ‖ SC TAC[4]) ‖ DEI MAGN — et: FA · SIMMA COSS[5]) — *Olivieri*, *di alcuni antichità cristiane conservate in Pesaro nel Museo Olivieri*, *Pesaro* **1781**, **4**, p. XXVII (aeri incisa).

1) Expl. O*m*n*I*A. 2) De his mihi certe non liquet [num BVC*ranium* SI*gnavit*? quod certe solent exhibere lapides tauroboliorum. MOMMSEN.] 3) PA*tris*, sc. sacerdotis Mithrae. 4) Fortasse *Sa*C*ris f*AC*iundis*? [vel *Agrii Aceresii patris et pontificis sacerdotio*, *tactus dei magnitudine*? MOMMSEN.] 5) Corr. TA, i. e. Tatiano et Symmacho cos., a. 391.

6042. *vi*NCENTI · HOC · O*ro ne in*QVETES · [1]) QVOT · VIDES · PLVRES ME · ANTECESSERVNT · OMNES · EXPECTO · ‖ MAN-

DVCA VIBE LVDE E BENI AT ME · CVM VIBES · BENE FAC · HOC · TECVM FERES · ‖ NVMINIS · ANTISTES · SABAZIS · VINCENTIVS · H*ic est q*VI SACRA · SANCTA ‖ DEVM · MENTE PIA · C*olu*IT · — Romae in Via Appia, inscriptio picta in hypogaeo cum coemeterio D. Praetextati coniuncto, male olim descripto a Bottario, *Roma sotterranea*, t. III, praef. et p. 1, 192, 188, 111, paucis vero abhinc annis denuo reperto et nunc egregie illustrato a P. Raph. Garrucci, *tre sepolcri con pitture ed iscrizioni appartenenti alle superstizioni pagane del Bacco Sabazio e del persidico Mitra* ecc. *Napoli*. 1852, 4, cum 6 tabulis aeri incisis; cf. Bull. Inst. Arch. 1853, p. 87 sqq. — Infra titulum hic propositum sex figurae visuntur discumbentes varii sexus et aetatis, quibus pueri dapes apponunt: supra eas scriptum legimus BONORVM · IVDICIO · IVDICATI, uni autem nomen VIBIA adiunctum est. Eandem Vibiam ANGELVS BONVS per portam arcuatam in convivium inducit (INDVCTIO · VIBIES). In alia pictura habes repraesentationem raptui Proserpinae similem, Plutonem videlicet mulierem abripientem et Mercurium, qui quadrigae eius antecedit; adscriptum autem est: ABREPTIO · VIBIES · ET · DISCENSIO. Porro alterum convivium habemus hominum septem, quorum tres pileum Phrygii similem capite gestant, quique SEPTE · PII · SACERDOTES dicuntur; unus autem eorum VINCENTIVS ille est, quem in titulo supra proposito commemoratum vidimus. Sequitur pictura, in qua DISPATER· et ABRACVRA·, i. e. Proserpina, in alto suggestu sedent, cui a dextra tres figurae adstant una barbata, feminae aliae (FATA · DIVINA), a sinistra vero advenit Mercurius (MERCVRIVS · NVNTIVS), duas mulieres inducens, quibus nomina VIBIA et ALCESTIS addita sunt. In duabus aliis eiusdem hypogaei cellis aliae exstant picturae ad cultum Mithriacum spectantes inscriptionibus carentes praeter unam, in qua hae tituli reliquiae leguntur: D · M · ‖ M · AVR · · · · · · · · · · · S · D · S · I · M[2]) ‖ QVI BASIA *v*OLVPTATEM · IOCVM ALVMNIS · SVIS · DEDIT · ‖ VT LOCV[3]) · · · · · ·
· · · · · · · · E ET NATIS ‖ SVIS ‖ · · · · · · · · · · · · · ·
EN · LOCVS · CARICI · ‖ · · · · · · · · · · · · · · · · · · SO
PROLES ⋘

1) Sic proposuit de Rossi, Bull. l. l., Garruccius minus bene, ut mihi quidem videtur, HOC O*stium* QVETES pro *quietis*. 2) *Sacerdos Dei Solis Invicti Mithrae*. 3) De Rossi l. l. dubitat, num primae versuum 2 et 3 litterae re vera ita legi possint, et pro SIA in voce BASIA scribendum putat esse SVA.

6042a. DICATVS · V · ID · SEPT · [ANTONINO ·] AVG · II · ET SACERDOTE II · COS[1]) ‖ N · S · S · I · M[2]) DVO ‖ GESSI · CASTVS ‖ ET · SEVERVS · SIMV‖LACRVM · EXORNA‖TVM · VOTO · POSV‖ERVNT ‖ PROSEDENTE ‖ C · PROPERTIO · AVGVRINO · SACERD — Sentini rep., nunc penes Ramellium Fabrianensem. Ramelli, *Monumenti mitriaci di Sentino*, *Fermo* 1853, p. 20.

1) A. 219. Elagabali nomen scalpro deletum est. 2) *Numini Sancto Solis Invicti Mithrae*.

6042b.

CVLTORES . D . S . I . [1]) MITHRAE

PATRONI [2]) • PROSEDENTE · C · PROPERTIO · PROFVTVRO		
COIEDIVS · PROCVLVS	POMPON · VICTOR	RANTIF · VERVS
LIGVRIVS · THEODOTVS	STATIVS · VELOX	CAESONI · DEXTER
MESSIVS VINDEX	VASSIDEN · VERVS	IANVARIVS · SENT
COIEDIVS · HILARINVS	HELVENAT · CELER	AELIVS · YLAS
SENTIN · PATER IANVARIVS [3]) LEONVM	CARFAN · ACHILLE	COIED · PAMPHILVS
TITIVS · CASTOR	CASIDIVS · RVFIN	ADVREN · THESEVS
POMPEIVS POMPEIANVS	ANTIST · BENIGN ·	COIED · AVXAIoN
GESSIVS · OPTABILIS	AETRIVS · IRENÆVS	
LIGVRIVS · CLEMENTINVS	HELVEN · GEMELLIN ·	
PLOTIVS · FORTVNATVS	SENTIN · VALENTIN	
LICINIVS · FAVSTVS	IVLIVS · VICTORIN	
AETRIVS · ROMANVS	· · ICIL · SOZOI · · · ·	
ASINIVS · COMMO*dus*	· · · · Iri · · · · · · · ·	D X MENESTERIO
VISENN · QVINQV · · · · · · · · · · · · · · · ·		C · SEVIO · FELICE •

Ibd. l. l.

1) D*ei Solis* I*nvicti.* 2) Nota cognomen *patroni* deo Mithrae datum. 3) *Pater leonum* novum in cultu Mithriaco officium est; cf. tamen *patres patrum*. Fortasse singulis initiatorum classibus singuli patres praepositi erant; l. l. p. 24.

§. 18. SACRA BACCHICA. MYSTERIA.

6043. · · CLAVDIO · M PERPENNA · COS · [1]) MENS · QVINC · MVSTE · DIEI [2]) CL · LVVCEIVS · M · F · LEG · P · LIVIVS · M · L · PAL ‖ M · LVVCEIVS · M · L · ARTEMIDORVS ‖ Q · HORTENSIVS · M · L · ARCHELAOS — In monte Atho. Ex cod. ms. Vat. 5250, quo iter describitur anno 1440 per Graeciam factum, communicavit Borghesius cum Mommsenio, hic cum Ritschelio, qui edidit in libello inscripto: *Monumenta epigraphica tria* cet. Berolini, 1852, 4, p. 28. Recognovit nuper codicem Brunnius, cuius exemplum hic proposui.

1) A. U. 662 = 92 a. Chr. — Praenomen Claudii deest, nisi, id quod mihi quidem probabile, littera C nominis CL initio versus 2. positi ad primum potius tituli versum pertinet, in altero autem versu L . LVVCEIVS legendum est; sed cf. titulum sequentem. [Quem accipio ego de fratribus Gaio Lucio Luceiis. Mommsen.] 2) Ritschelius quidem Mommsenium secutus pro MVSTE . DIEI legendum esse credit MYSTERIEIS. Quum vero punctum inter litteras E et D Brunnius in codice detexerit, nec litterae R et D ita facile confundantur equidem interpretor *mystae die prima*, ad singulas mysteriorum dies certos quosdam mystas pertinuisse ratus. — Et *mysten* quidem in altera quoque inscriptione habemus, eodem loco exstanti, quam ex eodem codice Brunnius exscripsit:

6044. CL · LVCCI · C · F · EQ ‖ C · MISPIVS · MVSTE ·

§. 19. SODALES TITII. AVGVSTALES. CLAVDIALES. FLAVIALES. TITIALES. HADRIANALES cet.

N. 2364, male ab Orellio ex variis exemplis Gruteriano, Doniano, Muratoriano desumptus, quamquam accuratissime a Smetio descriptus apud eundem Gruterum 270, 2 legitur, cuius exemplum codice Rigazziano Ariminensi confirmatur, quo paullo plenius monumentum exhibetur: *imp . caes* . VESPASIANO . AVG ‖ PONTIFICI . MAXIMo ‖

TRIBVNIC . POTESTAT . *ix* || IMP . XVII . [1]) P . P || COS . VIII . DESIG . VIIII . [2]) CENSORI || CONSERVATORI . CAEREMONIARVM || PVBLICARVM . ET || RESTITVTORI . AEDIVM . SACRARVM || SODALES . TITI — Romae, in D. Martinae ad Marforium. Cf. exemplum Poggii Florentini nuper a v. cl. de Rossi publici iuris factum (*le prime raccolte d'antiche iscrizioni*, p. 157), in quo minus recte tres versus priores uno versu leguntur et *pont . max . trib . pot*. scribitur, pro *caeremoniarum* autem errore haud dubio *aedium* exstat.

1) De hoc numero Smetius, Poggius, Cod. Rigazzianus consentiunt, contra Eckhelium (VI, p. 336), qui Vespasianum consulem designatum VIIII imperatorem XVIII et XIX fuisse docet; cf. eundem p. 343. 2) A. 78. — Ceterum eadem inscriptio est, quae male exhibetur n. 746.

N. 2369, v. 9. corrige Q . PR . PR, de quo honore cf. Borghesium, *Decad. num.* X, 5; nam male Orellius de *pro praetore* provinciae cogitat, quamquam imperatorum aetate legatos tantum et quaestores pr. pr. fuisse constat. — De nomine legionis XX. cf. ad n. 2054.

N. 2371, not. 2. si recte *Sevir Claudiulis maior* explicatur, cf. nu. 3942 seqq.

N. 2373, v. 4. VN*i*V*s*; Mommsen, I. N. 1520.

N. 2375: *Bellicum*, neque *Bellicium* recte scribi, tabulis honestae missionis Galbae imperatoris docemur; cf. n 737; Card. *Dipl.* II. III. — Quae autem de quindecimviris Flavialium Orellius proposuit, omni probabilitate carent; *XVvir s. f.* fuit vir ille consularis, sodalis fortasse Flavialis, nec recte *Flavialium* in lapide legi mihi certe constat. [Lectio certa est et ita potest explicari, ut C. Bellicus dicatur *Flavialium*, scil. ex collegio. Similia exempla notavi ad inscr. Helvet. n. 223. MOMMSEN.]

N. 2376 a Borghesio, *Memorie dell' Inst.* p. 164, condemnatur.

N. 2377: ad eundem virum spectat n. 6192.

N. 2379, v. 12. CANDID; nunc exstat Florentiae in hortis *Boboli*. Not. 3. male Or.; expl. PR*aetori* HASTAR*io*; cf. n. 6453.

6045. De Sodalibus ad colendos Divos institutis egregie disputavit Borghesius (*Memorie dell' Inst.* p. 161 sqq.), ita singula collegia imperatorum gentibus addicta fuisse demonstrans, ut Augustales quidem et Claudiales unum efficerent collegium, Flaviales et Titiales alterum, tertium Hadrianales, Antoniniani, Veriani, Marciani, Aureliani, Commodiani, Helviani, Severiani, Alexandriani, quippe qui Divos colerent adoptione inter se coniunctos. Qui autem Aureliani vel Helviani dicebantur, eodem iure et Hadrianales appellari poterant; quoties enim imperator quidam defunctus inter deos relatus erat. novum sodalibus genti addictis nomen inditum est (cf. Capit. Pert. 15; Spart. Sev. 7); unde hoc quoque explicatur, quod Gallieni etiam aetate Hadrianalem commemoratum invenimus (3174; cf 3392), Hadrianalium vero monumenta multo plura quam Antoninianorum cet. nobis conservata sunt (l. l.). Neque tamen negat vir doctus, quamquam de Antoninianis cet. constet, de Hadrianalibus tamen dubitari posse; nam quum Sosius Priscus (Spon. p. 189; Or. 2761) *sodalis Hadrianalis*, *sodalis Antoninianus Verianus* dicatur, duo collegia indicata esse satis probabiliter aliquis affirmabit. Huic vero sententiae obstat fragmentum, quod postea (n. 6052) afferam, quo *sodalis Hadrianalis flamen Commodianus* appellatur; Romae enim flamines Divorum ex ipsis eorum sodalibus electos esse, de Augustalibus saltem certo scimus (cf. Or. 2366; 3064; Tac. Ann. I, 54), et male Orellius (ad n. 2368) distinguendos esse flamines Augustales a sodalibus Augustalibus proposuit. Quod autem de sodalibus Augustalibus constat, id de ceteris quoque collegiis affirmare licebit. — Sodalibus autem Augustalibus Claudialibus annui praeerant magistri; id quod fragmento inscriptionis docemur Bovillis reperto, nunc autem in hortis

Columnensibus Romae asservato, quod ipse cum Mommsenio recognovi, hic primus cum ceteris fragmentis omnibus, quae, ibidem reperta, ad sodales Augustales, Flaviales, Antoninianos pertinent, publici iuris fecit (*Ztschr. f. A. W.* 1845, n. 65, p. 513 sqq.; cf. Cardinali, *Memorie romane di antichità e belle arti* II, p. 307 sqq.):

6046. MAGISTERIA · SOD*alium · augustalium*
CLAVDIALIVM · AI *nua* 1)
IMP · ANTONINO · PIO · FELICE I*iii*
D · CAELIO · BALBINO · II
C · FABIVS · LVCILIANVS II
SEX · FVRNIVS · SVLPICIANVS · I
L · VALERIVS · PAETV S I
ANN CC 2)
MESSALLA · ET · SABINO · COS 3)
L · MANTENNIVS · SABINVS · III
L · INSTEIVS · TERTVLLVS I
L · LICINIVS · SABINVS
ANN C*ci*
C · IO . . . .

1) Borghesius, exemplo parum diligenter confecto in errorem inductus, supplevit AL*banorum bovillensium* (*Burbuleio*, p. 72); sed quae in lapide mutilo superest lineola litteram N ibi intercidisse clare demonstrat. Unde suo iure Mommsenius ANNVA legendum esse proposuit, quum ANTONINIANORVM, quod ipse olim scripsi *Ztschr. f. A. W.* 1848. n. 37, p. 290), parum sane cum voce antecedenti conspiret. Nam etiamsi omnibus eius generis collegiis unum quasi collegium magistrorum praefuisset, nihilo tamen minus Antoniniani eo loco commemorari non poterant, quum Flaviales ante eos laudari fas esset. 2) Annus scilicet institutionis collegii, qui quum consulibus designetur Caracallo IIII, Caelio Balbino II, ad ipsos sodales Augustales album pertinere patet. Hi enim Urbis anno 767 instituti sunt, ita ut annus eorum CC in annum Urbis 966 cadat, quo illi fasces gesserunt (Borghesi, l. l.). 3) A. 967 = 214. — Ex hoc fragmento deducere licet, ternos per singulos annos Augustalibus praepositos fuisse. Borghesius quidem senos magistros annuos fuisse censuit, ternis illis in lapide obviis ternos alteros in altera quadam columna oppositos fuisse ratus. Ita vero et anni collegii et consulum nomina supra nomina magistrorum collocata sunt, ut alteram columnam minime in lapide incisam fuisse appareat. Balbini saltem nomen eodem cum Antonino versu legeretur, si ad alteram quoque columnam consules pertinuissent.

6047. Cetera fragmenta ad fastos sodalium pertinent, in quibus anni non, ut in magistrorum fastis, inde ab institutione collegii, sed ab Urbe condita numerantur. Ex his unum proposuisse sufficiat melius ceteris conservatum:

∪ ∪
TE · II
AN · ƉCCCCXXXII ·
S · MAXIMV*s*
*C*OOPTAT ·
C · AVFIDIO · VICTORINO
AN · ƉCCCC · L · III ·
VERO ////////////// PIO · FEL · AV*g*
ELLO II 1)
I
PERI\

1) Nomen Alexandri Augusti deletum est. Hic anno 979 cum Marcello iterum consule ipse iterum fasces gessit. Quum igitur inde ab anno 932 usque ad annum 979 una tantum recenseatur cooptatio, nec credi possit, intra annos plus quam quadraginta unum modo sodalem mortuum esse, hos quoque sodales ex numero ipsorum in decurias distributos fuisse necesse est, ita ut numerus decuriarum cum sodalium numero plane conspiraret; cf. n. 6021 et n. 6057 seq.

6048. Q · PETRONIO · MELIORI · [1]) VIRO ‖ COS · CVR · R · P · TARQVINIENS ‖ ET · GRAVISCANOR · PRAEFEC‖TO · FRVM · DANDI · LEGAT · LEG · ‖ XXX · VLPIAE · CVRAT · PYRGENS ‖ ET · CERETANOR · LEG · LEG · ‖ VIII · AVG · PRAET · TRIB · PLEB · ‖ KANDID · QVAEST · PROV · NAR‖BON · QVAEST · SODALI · AVG · ‖ CLAVDIALI · SEX · VIR · TVRM · ‖ PR · TRIB · LATICL · LEG · PR · MIN · [2]) ‖ · X · VIRO · STLITIB · IVDICAND ‖ ORDO · ET · CIVES · TARQVI‖NIENSIVM · PATRONO · OP‖TIMO · QVOD · REM · P · FOVE‖RIT · ET · THERMAS · RESTI‖TVERIT — Tarquiniis. Bull. Inst. Arch. 1830, p. 198; Ann. eiusd. 1832, p. 152; Kellerm. Vig. 246. In parte aversa fragmentum inscriptionis thermarum Tarquiniensium legitur; v. n. 6622.

1) Vixit circa aetatem Severi Alexandri; cf. Bull. l. l. p. 202; Gori, Inscr. Etr. I, p. 76. 2) LEG*ionis* PR*imae* MIN*erviae*.

6049. L · AEMILIO · L · F · CAM · KARO · CO*s* ‖ LEG · AVG · PR · PR · PROVINCIAE · CAPPADOCIAE ‖ LEG · AVG · PR · PR · CENSITORI · PROVINCIAE · LVGDVNENSIS ‖ LEG · AVG · PR · PR · PROVINCIAE · ARABIAE ‖ CVRATORI · VIAE · FLAMINIAE · LEG · LEG · $\overline{XXX}$ · V · V ‖ PRAET · TRIB · PLEB · QVAEST · AVG ‖ TRIB · MILITVM · LEG · VIII · AVG ‖ TRIB · MILITVM · LEG · VIIII · HISPANAE ‖ $\overline{X}$ · VIRO · STLITIB · IVDIC ‖ SODALI · FLAVIALI · XV · VIRO · S · F · ‖ C · IVLIVS · ERVCIANVS · CRISPVS · PRAEF · ALAE · PRIMAE · VLPIAE · DACORVM ‖ AMICO · OPTIMO — Romae. Grut. 1025, 2, cet.; corr. Kellerm. Vig. 243. Vidi ipse in Mus. Capitolino.

6050. Q · CA*m*VR*io* . . . *f* · *lem* ‖ NVMISIO · *iuniori* ‖ $\overline{III}$ · VIR · A · A · A · F · F · T*r* · *mil* ‖ LEG · $\overline{VIIII}$ · HI*sp* ‖ SODALI · TITIALI [1]) ‖ QV*ae*ST · VRB · AE*d* · *cur* ‖ P*r* · *le*G · AVG · LEG · · · · · ‖ ET · *leg* · $\overline{VI}$ · VICTR · · · · ‖ ET · *iu*NIOR · PATRI · · · · · · — Rep. Attidii, nunc Fabriani. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 128, 1.

1) Sacerdotem Flavialem Titialem dedi n. 5494, sed municipii, quem cave cum sodali Titiali confundas.

6051. L · DASVMIO · P · F ‖ STEL · TVLLIO ‖ TVSCO · [1]) COS · COMITI AVGVST ‖ AVGVRI · SODAL · HADRIA‖NALI · SODAL · ANTONI‖NIANO [2]) CVRAT OPERVM ‖ PVBLICORVM LEGATO · PR · PR · PROVINCIAR ‖ GERMANIAE · SVPERIOR ‖ ET · PANNONIAE · SVPERIOR ‖ PRAEFECTO · AER · SATVRNI ‖ PRAETORI · TRIBVN · PLEB ‖ LEG · PROVINC · AFRICAE [3]) ‖ QVAEST · IMP · ANTONINI · AVG · PII ‖ TRIB MILIT · LEG · $\overline{IIII}$ · FLAVIAE ‖ TRIVMVIRO · A · A · A · F · F ‖ P · TVLLIVS · CALLISTIO ‖ POSVIT — Tarquiniis. Op. cit. 1830, p. 199; Ann. Inst. Arch. 1832, p. 152; Kellerm. Vig. 259; cf. n. 6622.

1) Borghesius (Bull. I. p. 202) filium eum fuisse docet Tullii Varronis (n. 6497), auctorem senatus consulti Dasumiani. 2) Cf. quae Borghesium secutus de Sosio Prisco initio huius paragraphi exposui. 3) i. e. legatus proconsulis Africae.

6052. · · · · · *adlecto inter* ‖ *patr*ICIOS A DIVO PERTI‖NACE · III · VIR · A · A · A · F · F ‖ *so*DALI · HADRIANALI · FLAMINI · COMMODIAN [1]) ‖ *pol*YTIMVS · LIB · ET · PROC · PATRONO — Romae, in Mus. Vat. *Memorie d. Inst. arch.* p. 166. Vidi ipse.

1) Vide, quae de flaminibus Divorum deque collegiis sodalium Augustalium cet. antea disputata sunt.

6053. *imp · antonino · pio ·* FELICI AVG *iiii et* D · CAELIO · *balbino · ii · cos*
a · p · r · c · dccccclxi · IIII · NON · MAI · IN · AEDE · DIVI · *pii · et · divae faustinae*
*ex lit*TERIS · IMP · ANTONINI · PII · FELI*cis · aug*
*et ex consen*SV · F · [1]) L · EGNATIVS · VICTOR · LOLL*ianus · coopt*
*imp · antonino · p*IO · FELICE · AVG · ET · OCLATINIO · *advento · cos*
*a · p · r · c · dccccclx*X · PR · ID · IVL · IN · AEDE · DIVI · PII · *et · divae · faustinae*
*imp · caes · m · aureli*VS · (*antoninus ·*) PIVS · FELIX · AVG · *p · m · trib · pot · cos · p · p ·*
*pro · c*OS · EX · S · C · COOPTATVS
*grato · et · seleuco · c*OS · A · P · R · C · DCCCCLXXIII · VI · ID · IVL · IN *Aede · divi · pii*
EX S · C
m · aur · (alexandrum) NOBILISSIMVM · CAES · IMPERII · *her · cooptarunt* [2])
cn · cl (? [3]) · *se*VERO · ET · TI · CLAVD · QVINT*iano · cos*
*a · p · r · c · dccccclxx*XVIII · VIII · KAL · APRIL · IN · *aede · divi · pii · et*
*divae · faustin*AE
imp · caes · c · (iulius · verus · maximinus) pius felix · aug
*pont · max · trib · po*T · P · P · PRO · COS · EX · S · C · *Cooptatus*
imp · (c · iul · maximino ·) PIO . FEL · AVG · ET · M · *pupienio* [4])
*africano · cos · anno · po*ST · ROMAM · CONDITA*m · dccccclxxxix* · · · ·
*(c · iulius verus maximus) germ*ANI*cus · nobilissimus caesar*
· · · · · · · · · · · · ERRA · · · · · · · · · *ex · s · c · cooptatus*

— Rep. Romae sub Capitolio, anno 1824. Melchiorri, *Memorie romane* III, p. 91; corr. Borghesi, *Mem. dell' Inst.* p. 155 sq., cuius supplementa dedi. Litterarum formae quinque aetates diversas indicant; quae uncis inclusi, de consilio abrasa sunt. Fasti sunt sodalium Antonianorum. De aeris Varroniana et Capitolina promiscue usitatis cf. Borgh. l. l. p. 207 sqq.

1) *Frutrum*; Borgh. p. 176. 2) Borghes. *cooptatum*; quum vero in aliis eius modi fastis *cooptaverunt* legatur (cf. n. 42 et n. 6058), hoc equidem scribendum esse censui. 3) Praenomen Severi desumpsi ex fastis sacerdotalibus n. 6058, nomen coniecturae Borghesii debetur; cf. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 133 sqq. 4) Restitui ex fastis sacerdotalibus modo laudatis.

6054. *marcelli*NAE · VICTORIAE ‖ L · SEXTIVS · L · *f* · BASILISCVS · AVG · CLAVD ‖ NOMINE · SVO · ET ‖ SEXTIAE T · F · IRENES · VXORIS · ET ‖ T SEXTI · FAVSTI · FILI ET ‖ SEXTIAE · MARCELLAE · FILIAE ‖ SOLO · SVO · INTER · QVATTVOR TERMINOS ‖ V · S · L · L · M — *Nella collina che da Torino tende a Chieri.* Bull. Inst. Arch. 1829, p. 205.

6055. L · STLANIO ‖ HOMVNCIONI ‖ IIIIIIVIR · AVG · ET · NERONIEN[1] — Veronae. Maff. M. V. 190, 1; corr. Orti, qui aeri incisum dat in libro *antichi monumenti del giardino Giusti*, tab. IX, 5. In adversa haec leguntur: V F ‖ STLANIA L L ‖ CYTHERIS ‖ SIBI ET ‖ STLANIO HOMVNCIONI ‖ IOSF XVIDOP —

1) Si recte ita in lapide legitur, sevirum habes Augustalem et Neroniensem.

6056. C · VALERIVS · Ɔ · L · SCEPTVS ‖ VI · VIR · AVG · FLAVIALIS · SIBI · ET ‖ VETTIAE L · F · ROMVLAE ‖ VXORI ‖ V · F — Aquis Statiellatibus, deinde in Mus. Taurinensi. Zaccaria, Excurs. litt. I, 50.

6057. Hic fastos adiungere liceat collegii cuiusdam sacerdotum, qui in aede Iovis propugnatoris convenire solebant. Eorum fragmentum ab Orellio receptum (n. 42) emendavit Borghesius (*Mem. de Inst.* p. 159), collatis codice Marconovano, eoque quem habuit Card. Canale, schedis praeterea Vaticanis Iacobi Lilii n. 5238, p. 4, et Achillis Statii in bibliotheca Vallicelliana asservatis, B. 104. Denique exemplum accuratissime confectum in codice Peruzziano Florentino Braunius repperit, cuius apographum a Borghesio mecum communicatum hic affero:

. . . .
PRAESENTE II ET CONDIANO COS *a · p · r · c · dccccxxxii*
P MARTIVS VERVS *cooptatus*
IMP COMMODO VI ET PETRONIO SEPTIMIANO COS A · P · R · C · ƆCCCCXLI
ID · OCT · IN PALATIO IN AEDE IOVIS PROPVGNATORIS IN LOCVM P MARTI VERI
L · ATTIDIVS CORNELIANVS COOPTATVS
SATVRNINO ET GALLO COS A · P · R · C · ƆCCCCL · PR · ID · DEC
IN PALATIO IN AEDE IOVIS PROPVGNATORIS IN LOCVM
ATTIDI CORNELIANI VITA FVNCTI C · CL · PATERNVS
COOPTATVS
TI · CLAVDIO SEVERO C · AVFIDIO VICTORINO COS A . P · R · C · ƆCCCCLII
IIII ID · APR · IN PALATIO IN AEDE IOVIS PROPVGNATORIS
IN LOCVM CLAVDI PATERNI VITA FVNCTI
. . . ATRIVS CLONIVS COOPTATVS
. . . . IN AED · IOV · PROPVGN · EX LITTERIS
. . . .

— Romae, in pavimento ecclesiae S. Martini ad Marforium.

6058. Ad decuriam, ut ita dicam, imperatoriam eiusdem collegii novem fragmenta pertinent anno 1849 in ruderibus basilicae Iuliae effossa, quae in Bull. Inst. Arch. 1849, p. 133 composui et restitui. Hic partes superstites litteris maioribus indicavi, litteris vero minoribus nomina expressi de consilio deleta, minoribus inclinatis vocabula deperdita explevi. Ceterum aera Capitolina etiam in restituendis iis partibus usus sum, in quibus, titulum n. 6053 secutus, olim Varronianos annos posui.

laterano · et · rufino · cos · a · p · r · c · dccccxlviiii · · · · ·
in palatio · in aede · iovis · propugnatoris · ex · s · c ·
m · aurellium · ANTONINVM · CAES · IMP · *destinatum*
cooptaverunt · SVPRA *numerum*
*praese*NTE · ET · EXTRICATO · II · COS · A · P · R · C · ÐC*ccclxix · · · · malas*[1])
*in pal*ATIO · IN AEDE · IOVIS · PRO*pugnatoris · ex s · c ·*
imp · caes · m · opelium · severum · macrinum · *pium · fel · aug · pont · max*
trib · pot · p · p · pro · cos · cooptaverunt · *et*
m · opelium · antoninum · diadumenianum · *nobilissimum caesarem*
principem · iuventutis · supra numerum · *cooptaverunt*
IMP · CAES · M · AVRELLIO · antonino · PIO · FE*l · aug · et · oclatinio*
ADVENTO COS · A · P · R · C · ÐCCCCLXX · PR · I*d · iul · in palatio · in aed · iovis*
PROPVGNATORIS EX · S · *c*
*i*MP · CAES · M · AVRELLIVM · antoninum · PIVM · F*el · aug · pont · max*
*tr*IB · POT · COS · P · P · PROCOS · CO*optaverunt*
*gr*ATO · ET · SELEVCO · COS · A · P · R · C · ÐCCC*clxxiii vi · id · iul · in palatio*
*in ae*D · IOVIS PROPVGNATORIS · *ex · s · c*
m · aurellium · alexandrum · NOBILISSIMVM · CAES · *supra num cooptaverunt*
CN · *cl* · [2]) *se*VERO · ET · TI · CLAVDIO QVINTIANO · C*os · a · p · r · c · dccccl xxxvii · viii · k · apr*
IN *palat*IO · IN AEDE · IOVIS · PROPVGNATORIS · EX · *s · c*
IMP · CAES · c · iul*ium* · *verum* · maximinum · PIVM · *felicem · aug · pont · max*
TRIB · POT · *p · p · p*RO · COS COOPTAVERV*nt*
imp · caes · c · iul · maxi*mino* · *a*VG · ET · PVPIENIO · [3]) AFRICANO · C*os · a · p · r · c · dccccl xxxviii*
*in palatio · in aede · io*VIS · PROPVGNATORIS · *ex s · c*
c · iul · verum · maximum · germ · princ · IVVENTVTIS · *supra num · cooptaverunt*
betitio · [4]) *pio · et · pro*CVLO · PONTIAN*o · cos · a · p · r · c · dcccclxxxx · v ·* (?) *kal · iun*
in palatio · IN AEDE IOV*is · propugnatoris · ex · s · c*
imp · caes · m · antonium · gordianum · africanum · aug · pont · max
trib · pot · cos · ii · p · p · pro · cos cooptaverunt · et
imp · caes · m · antonium · aug · f · gordianum · africanum · aug · pont ·
trib · pot · cos · p · p · pro · cos supra numerum · cooptaverunt ·

Documentum ad septem annos diversos pertinens litteris quoque tam diversis exaratum est, ut prior pars scripturam satis bonam exhibeat, ultimi versus pessimas praebeant litterarum formas.

1) In supplendis diebus cooptationum ita versatus sum, ut, quum diem, quo inter sodales Antoninianos et fratres Arvales Elagabalus cooptatus est (cf. n. 6053 et Marini, Arv. XLI, b), eundem fuisse vidissem cum eo, quo in hoc ignotum collegium ille intravit, praeterea autem ex ipsis fastis sacerdotalibus satis constaret, imperatorum cooptationes statim post susceptum imperium fieri solitas, iisdem fere diebus in omnia collegia imperatores allectos esse coniicerem. Ubi vero cooptationis diem ex aliis fastis desumere non licebat, circa initia imperii illam factam esse posui. 2) Ex coniectura Borghesii. Quae de collega Quintiani ab aliis disputata sunt, hoc fragmento refelluntur. 3) Nomen Pupienii hoc loco primum legitur. 4) Ex coniectura Borghesii.

§. 20. APOLLINARES. MERCVRIALES. CONCORDIALES CET.

N. 2382, not. 2. MÀ, cognomen feminae; cf. Mommsen, I. N. 1522. 4282. 4572. 5795 cet.

6059. C · SESCÉNIO C · L ‖ BITHO ‖ APOLLINÁRI ‖ VIX · ANN · XXXVII — Luceriae. Mommsen, I. N. 960.

6060. M · STAIO ‖ M · ET · Ɔ · LIB ‖ LYGDAMO ‖ APOL · EIDeM ‖ AVG · HS XV ‖ STAIA ‖ SAB*ina* — Ibd. id. 961.

6061. Q · ACVTIO · SP · F · OPTATO ‖ FVLVIAE · QVARTAE · REGIENSI ‖ C · GEMINIO · C · L · LEPIDO ‖ P · REFRIO · GRATO · BONONIES ‖ P · COSSVTIVS · ZETHI · L · BASSVS · AP ‖ SIBI · ET · SPERATAE · LIB · SVAE ‖ ET · AMICIS — In agro Mutinensi (*nel fiume Secchia, quasi dirimpetto alla chiesa di Marzaglia*). Cavedoni, *M. Modenesi* p. 198.

6062. HERCVLI EX VOTO ARAM ‖ L · SCANTIVS L · LIB · MODESTVS · VI · VIR ‖ AVG · MAG · LARVM · AVGVST · [1] MAG · ‖ CERIALIVM · VRBANORVM · L · D · D · D — a latere III · KL · SETBR — Histonii. Mommsen, I. N. 5238, cett.

1) *Augustales* et *magistros Augustales s. larum August.* diversos esse, hoc potissimum titulo evincitur; cf. n. 6093. 7089. et quae in Eph. archaeol. Bergkii 1848, p. 195, ipse exposui.

6063. .... ‖ · · IATA · ANN · XX · MEN ‖ VIII · DIES · VIIII ‖ ABSTVLIT · VNA · DIES ‖ ANIMA · CORPVSQ ‖ SIMVL · ARSIT · ET · IN ‖ CINERES · IACET · HIC ‖ ADQVE · FAVILLA · SV‖PREMVM · MVNVS · MI‖SERO · POSVERE ‖ SODALES · FORTVNES*e*S — Potentiae. Op. cit. 423.

6064. M · ANI‖NIVS · CRESCE*ns* ‖ LOCVM · MILLE · P · · N · ‖ AMICITIAE ‖ HERCVLANI‖ORVM ‖ HERVIANI ‖ ...... [1] — Venafri. Op. cit. 4609.

1) *Amicitiam* pro *collegio* dictam esse, Mommsenius docet; v. op. cit. indicem XXX. Cf. n. 5730.

6065. T · TREBVLANO ‖ T · F · CAM · NEPOTI ‖ HERC · AVG ‖ T · TREBVLANVS · T · LIB · NEPOS · HERC ‖ AVG · AEDIL ·

IVVENVM TIBVRI ‖ PVBLICIA · SATVRNINA · CONIVNX — Tibure. Giorn. Arcad. 1832, p. 325.

6066. L · SPEDIVS ‖ RHODINVS ‖ SODALIBVS·SVIS ‖ MARTIALIBVS — Inter rudera Interpromii. Mommsen, I. N. 5332, ubi v. ceteros.

6067. C · LVCIVS · C · L · BITHVS ‖ MERCVRIALIS · VIVO ‖ VELLEIAE · Ɔ · L · PHILVMINAE ‖ QVID AD TE — Abellini. (*Atripaldae*). Op. cit. 1910; cf. 1908: MAG*ister* MERCVRIALIS, ibd.

6068. *s*EX · POMPE*i*‖*u*S · Ɔ · L · MAGNVS ‖ MERCVRIALIS ‖ V · A · LXV · H · S, et: C · OC*tavio c · l* ‖ PHILA*rgyro* ‖ MAG · MER · A*ugust* — Brundisii. Op. cit. 466. 465.

6069. L · TVRCIVS · DAFNVS ‖ AVG · MERC · SIBI ‖ ET · TVRCIAE · ATTICAE ‖ VXORI — Grumenti. Op. cit. 311; v. praeterea eiusdem Indicem XXVII.

6070. DIVO · AVG · SACR ‖ Q · SEXTILIVS · CORINTHVS · C · SEXTILIVS · SYNECDEMVS ‖ L · VIBIVS · AMARANTHVS · L · AQVILLIVS · APTVS ‖ L · TITIVS · IDIVS · CHRYSEROS C · VALERIVS · HERMA ‖ IIIIII VIRI · M · M · [1]) OB · H — Naronae. Bull. Inst. Arch. 1842, p. 105.

1) *Magistri Mercuriales.*

6071. *divo* · AVG · SACR ‖ C · IVLIVS · MACRINI · LIB ‖ MARTIALIS · IIIIII VIR · M · M · OB ‖ HONOR · IDEM · LVDOS · SCAENICOS ‖ PER · TRID · D · ET · CANTAR · ARG · P · S — Ibd. l. l. p. 101, 4.

§. 21. COLLEGIA ET SODALICIA SACRA. CVLTORES DEORVM.

N. 2385, v. 1. pro *curati* l. CREATI; Mommsen, I. N. 2559; not. 1. expl. *ex senatus* (Romani) *consulto. Dendrophori creati ex s. c.* iidem sunt, qui in alia inscriptione (2560) dicuntur: *dendro*PHORI . QVIBVS . EX . *s . c . coire licet.* De collegiis senatus consulto confirmandis cf. n. 6097; not. 5. fortasse *Matris* DEE pro deae; cf. Or. 2263.

N. 2391, in dedicatione v. 5. CVRANTE . TI . CL . . . ; vidi in hortis Vaticanis.

N. 2395, interpolatus ex hac inscriptione Britannica (*Birrens*, prope *Middleby* Scotiae): DEO . MERCV‖RIO . IVL . CERS ‖ CENS SIGILL ‖ COL LIGN . CVLT ‖ M EIVS . D . S . D ‖ V . S . L . M — Horsley, Scotia XXXV; Stuart, Caledonia Romana tab. II, 4. Lege: *Iulius Crescens* SIGILL*um* COLLIGII (= *collegii*) CVLTo*ru*M EIVS cet. [nonne SIGILL*um* COL*umnam* LIGN*eam* CVLT*oribus Mercurii* EIVS? Mommsen.] *Censor* igitur *sigillorum* nullus est, neque in titulo Mur. 27, 4, quo Orellius interpretationem suam confirmare conatur, *censor signi* legitur; nam *Censor* quidem cognomen Feronii est, in litteris vero *signi* signiferum latere credo. Itidem *ligniferi* ex numero collegiorum expungendi sunt. *Sigilla* habes in lege collegii Dianae et Antinoi (n. 6086); quae si, ut Mommsenius voluit (*de collegiis* p. 107) ad collationem stipis menstruae pertinent, fieri poterat, ut *a sigillis* quidam vel *sigillarius* in collegio esset, quem hac quoque inscriptione indicatum esse credere poterit, si quis interpretationem a me propositam non laudaverit.

Nr. 2396, v. 6. pro *aliment* l. ALIM . ET .; v. 7. REBVS recte; v. 8. CVLTOR . I . O . M . S . ‖ HORTENS . ENS . Mommsen, I. N. 3552.

N. 2406, v. 3. pro T . F l. E (*et*); Tonini, *Rimini* p. 385, 2; allatus ex Piceno.

N. 2407 Romanae videtur esse originis; cf. 2566.

N. 2408, v. 3. PROMES.

N. 2409: LAVDICAE; v. Mommsen.

N. 2414: supra titulum legitur D . M . ; vidi in Mus. Vat.

N. 2415: *collegium salutare* habes n. 6036.

N. 2416, v. 1. TERT (*tertium*); v. 2. ITER; v. 7. AT; v. ult. FACIVNDVM; Mommsen, I. N. 2416. Not. 2. COL*oniae* VEN*ereae* COR*neliae*.

6072. D · M ‖ FELIX · VIXIT · AN‖NIS · X · COLLE‖GIVS · CANN‖OFORORVM ‖ B · M · P — Locris. Bull. Inst. Arch. 1847, p. 156, Mommsen, I. N. 9.

6073. ALBVCIA MACIANA [1] M · · · · · · · · ‖ CVRANTE ALBVCIO ACMA*zonte* · · · · · ‖ COLLEGIO CANNOFORVM HS IIII N EX QVORVM VSV*r*IS · · · · · · · · ‖ EIDEM COLLEGIO LARGITVS EST ALIA HS IIII N EX QVORVM V*suris* · · · · · · ‖ ITEM LARGITVS EST COLLEGIO MARTENSIVM HS IIII N EX QV*orum usuris* · · · · ‖ EIDEM COLLEGIO LARGITVS EST ALIA HS IIII N · EX QVORVM VSVRIS S · · · · · · ‖ *c*OLLEGIO DENDROFORVM HS IIII · N · EX QVORVM · · · · · · — Mediolani, ad D. Ambrosii. Cardinali, *Dipl.* n. 328; exscr. ipse et correxi.

1) Ita scripsi. Card. MARCIANA.

6074. D · M ‖ ENNIAE PRISCE COL ‖ CANOFORA‖RVM — Saepini. I. N. 4945.

6075. SODALICIO · CVLTOR · ‖ HERCVL · L · DOMITIVS ‖ SECVNDIO · OB HON · ‖ PATROC · S · H · [1] DEDD — Veleiae, nunc Parmae. Ann. Inst. Arch. 1832, p. 69.

1) *Signum* Hoc [vel *Herculis*? MOMMSEN.]; una enim cum parvula statua aenea Herculis basis reperta est, de Lama, Iscr. ant. p. 46.

6076. D · M ‖ ARACINTHIO ‖ PETRONI · PRIS‖CI · TRIB · LATI ‖ CLAVI · SERVO ‖ COLLEGIA ‖ HERCVLIS ‖ ET · DIANAE ‖ FECERVNT — *Göttweig* Austriae inferioris. *Alterth. d. oestr. Monarchie* (*Wiener Iahrbb.* 1829 sqq.), n. 313, Kellerm. Vig. n. 313.

6077. IVVENES FIFICVLANI · HERCVLIS · ‖ CVLTORES · SEX · AIADIVS · AGATHEME ‖ IVVENTVTI · TEST · RELIQVIT · A · PL · M · IV C[1] (sequuntur nomina iuvenum, quorum maior numerus interiit) — In Museo Aquilano. Mommsen, I. N. 5938; fragmentum, quod ibi deest, addit de Rossi ex schedis Giovenazzii in bibliotheca Vaticana asservatis. Idem ex iisdem n. 5947 Mommsenii ad hunc titulum pertinere docuit.

1) [Num *Agri* PL*us* M*inus* IV*gera* C*entum*? MOMMSEN.]

6078. L . AEBVTIO ‖ MARTIALI ‖ COLLEG ‖ HERCVLANI‖ORVM ‖ P — Iuvani (*Montenero duomo due miglia di S. Maria di Palazzo*). Ann. Inst. Arch. 1854, p. 24, n. 32.

6079. *pro salute* ‖ L · SEPTIMI . SEVERI · AVG ‖ HERMADION · AVG LIB · CVLTO‖RIBVS · LARVM · AVG · RATIONIS ‖ PATRIMONI · D · D — In Mus. Vat. *Memorie romane* III, p. 67, 3; vidi ipse.

6080. NVM · AVG ‖ DEO · MERC ‖ SIGN · POSV‖ERVNT · CVL‖TORES · COL‖LIGNI · [1]) EIVS‖DEM DEI CVRA ‖ ING · [2]) RVFO‖V S L M — *Middleby*, Scotiae. Horsley XXXVI; cf. 2395.

1) l. COLLIGII = *collegii*. 2) AG*ento*? [nisi potius nomen est: CVRA*nte* IN-G*enuio*. Mommsen.]

6081. AVGVS ‖ LARIBVS — (*vir capite velato stans*, *d. pateram super aram tenet*) CVLTORES VRAE [1]) ‖ FONTIS — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* I, 32, p. 49.

1) Editor *ur*, *ura* lingua Celtica *aquam* significare asserit.

6082. · · · · · *impp · caess · l · septimii severi* ‖ *p*ERTINACIS · AVG · ET · *m* · *aurelii* · *anto*‖NINI PII AVG [1]) ET · P · SEPT*imii getae nobi*‖LISSIMI · CAES · ET · IVL*iae aug · matris augg* ‖ ET · KASTRORVM · STLA*ccia* · · · · · · · · ‖ SACERDOS · CERERVM · INTROIT*u sacerdotii* [2]) THIASO PLACIDIANO DONAVIT · · · · · · *t* ‖ ELAVIO (sic) T F · ECLECTIANO SACE*rdote* [3]) *cur · agen*T STLACCIIS SOTERE ET REPAR*ato filiis eius* (?) — Puteolis. Mommsen, I. N. 2479; Garrucci, Bull. Nap. V, p. 113. Mommsenii restitutionem paullulum commutavi, ipso approbante; v. I. N. in *corrigendis*, p. XXIII.

1) Monumentum positum est intra annos 951 — 953, quo tempore Antoninus *Pius* quidem appellabatur, *Felicis* autem nomine nondum gloriabatur. 2) Cf. Suet. Claud. 9. 3) Sacerdos hic erat Liberi patris; cf. l. l. 2477. 2478.

6083. SODÁLES ‖ LVSVS ‖ IVVENALIS — Romae, in Museo Kircheriano. Garrucci, *piombi antichi* p. 29.

6084. FABIVS DEMETRIVS · ET CAECILIVS ‖ PHILON · AEDEM CVM SIGILLO ‖ APOLLINIS IVVENIBVS OECIANI [1]) ‖ D · D · D · D — Romae, ad D. Laurentii. Ded. Brunnius.

1) OECIANI*s*?

6085. SILVANO · SACRVM · VOTO ‖ SVSCEPTO · PRO · SALVTE · DOMITIAN*i* ‖ AVG · N · L · DOMITIVS · PHAON · AD CVLTVM ‖ TVTELAMQVE · ET · SACRFICIA · (sic) IN OMN*e* ‖ TEMPVS · POSTERV*m* · IIS · QVI · IN CONLEGIO ‖ SILVANI · HODIE · ESSENT · QVIQVE · POSTEA ‖ SVBISSENT · FVNDVM · IVNIANVM · ET ‖ LOLLIANVM · ET · PERCENNIANVM · ET ‖ STATVLEIANVM · SVOS · CVM · SVIS · VILLIS ‖ FINIBVSQVE · ATTRIBVIT · SANXITQVE · VT ‖ EX · REDITV · EORVM · FVNDORV (sic) Q · S · S · S · [1]) K · IANV ‖ III · IDVS · FEBR · DOMITIAE · AVG · N · NATALE · E ‖ V · K · IVLIAS · ROSALIBVS · ET · IX · K · NOVEMBR · NATAL ‖ DOMITIANI · AVG · N · SACRVM · IN RE · PRAESENTI ‖ FIERET · CONVENIRENTQVE · II · QVI · IN ‖ COLLEGIO · ESSENT · AD EPVLANDVM · CVRA‖NTIBVS · SVI · CVIVSQVE · ANNI · MAGISTRIS · HVIC ‖ REI · DOLVM · MALVM · AFVTVRVM · QVOMINVS ‖ EA · QVAE · SVPR · SCRIPTA · SVNT · FIANT ‖ MANIFESTVM · EST · CVM · PRO SALVTE · OPTVM*i* ‖ PRINCIPIS · DOMINII · S (sic) · [2]) FVNDI · CONSECRAT*i* ‖ SINT · DIES · QVE ·

SACRIFICIORVM · CONPREHENSI · PRAETeREA · LOCVS · SIVE · EA · PARS AGPI · (sic) SILVAEQVe · EST · IN VIVARIO · QVAE · CIPPIS POSITIS · CIRCA · SILVANVM · DETERMINATA EST · SILVANO · CEDET · ET · VIA · ADITVS · AD SILVANVm PER FVNDVM · QAESICIANVM (sic) · OMNIBVS · PATEBIT LIGNIS · QVOQVE · ET · EX FVNDO · GALLICIANO ET · AQVA · SACRIFICI · CAVSA · ET · DE VIVARIO PROMISCVE · LICEBIT · VTI · HAEC · SIC · DARI FIERI · PRAESTARI · SINE · DOLO · MALO · IVSSIT PERMISITQVE · L · DOMITIVS · PHAON CVIVS · OMINES (sic) · LOCVS · FVIT — *Caposele, contrada Castagneto alle falde della montagna di Oppido*, rep. 1834. Avellino, Opusc. III, p. 305; Guarini, *var. mon.* p. 13 ex duobus apographis, qui litteras, quae desunt, ita supplevit, ut earum mentionem non faceret; Mommsen, I. N. 212, Avellinum magis quam Guarinium secutus. Nuper descripsit et correxit Brunnius.

1) *Qui Supra Scripti Sunt.* 2) [fortasse DOMINII *Silvani.* MOMMSEN.]

6086. L · *ceionio* COMMODO SEX · VETVLENO · CIVICA · POMPEIANO · COS · 1) A · D · V · IDVS . IVN

(columna I.) *lanuvii · in municipio · in t*EMPLO ANTINOI · IN · QVO · L · CAESENNIVS · RVFVS *dict · iii · et patronu*S · MVNICIPI · CONVENTVM HABERI · IVSSERAT · PER · L · POMPEIVM . . . . . . VM · QQ · CVLTORVM · DIANAE · *e*T · ANTINOI · POLLICITVS · EST · SE *in annum · d*ATVRVM EIS EX LIBERALITATE · SVA · HS · XV · M · N · VSVM · DIE *natali*S DIANAE · IDIB · AVG · HS · CCCC · N · ET · DIE · NATALIS · ANTINOI · V · K *decemb* · HS CCCC · N · ET · PRAECEPIT · LEGEM · AB · IPSIS · CONSTITVTAM · SVB · TETRA*stylo · a*NTINOI · PARTE · INTERIORI · PERSCRIBI · IN · VERBA · INFRA · SCRIPTA *m · antonio · hiber*O · P · MVMMIO · SISENNA · COS · 2) K · IAN · COLLEGIVM · SALVTARE · DIANAE ET · ANTINOI · CONSTITVTVM L · CAESENNIO · L · F QVIR · RVFO · DICT · IIII · IDEMQ · PATR KAPVT · EX · S C · P · R QVIB*us · coire · co*NVENIRE COLLEGIVMQ · HABERE · LICEAT · QVI · STIPEM · MENSTRVAM · CONFERRE VOLEN*t · in fune*RA · IN · IT · 3) COLLEGIVM COEANT · NEQ · SVB SPECIE EIVS · COLLEGI · NISI · SEMEL IN MENSE · *Coeant · con*FERENDI · CAVSA · VNDE · DEFVNCTI · SEPELIANTVR *quod · fa*VST*um · fe*LIX · SALVTAREQ · SIT · IMP · CAESARI · TRAIANO · HADRIANO · AVG · TOTIVSQVE *do*MVS AV*gust* · NOBIS *n*OSTRIS · COLLEGIOQ · NOSTRO · ET · BENE ADQVE INDVSTRIE · CONTRAXERIMVS VT *e*XITVS · *defu*NCTORVM · HONESTE · PROSEQVAMVR · ITAQ · BENE · CONFERENDO · VNIVERSI CONSENTIRE DEBEMVS · V*t long*O TEMPORE · INVETERESCERE · POSSIMVS · > TV · QVI · NOVOS · IN · HOC COLLEGIO INTRARE VOLE*s p*RIVS · LEGEM · PERLEGE · ET · SIC · INTRA · NE ·

POSTMODVM QVERARIS · AVT · HEREDI TVO ‖ CONTROVERSIAM RELINQVAS LEX · COLLEGI ‖ *placu*IT · VNIVERSIS · VT · QVISQVIS · IN HOC · COLLEGIVM · INTRARE · VOLVERIT · DABIT KAPITVLARI NOMINE ‖ HS C · N · ET · V*ini* · BONI · AMPHORAM ITEM · IN · MENSES · SING · A · V ·[4]) > ITEM PLACVIT · VT · QVISQVIS · MENSIB ‖ CONTIN*uis* [5]) . . . . NON · PARIAVERIT · ET · EI HVMANITVS · ACCIDERIT EIVS RATIO FVNERIS NON HABEBITVR ‖ ETIAM SI *test*AMENTVM FACTVM HABVERIT > ITEM · PLACVIT QVISQVIS · EX HOC CORPO‖RE · N · PARIAT*us* · DECESSERIT EVM SEQVENTVR · EX ARCA HS CCC · N ·[6]) EX QVA SVMMA DECEDENT EXE‖QVIARI · NOMINE HS L · N QVI AD ROGVS DIVIDENTVR EXEQVIAE AVTEM PEDIBVS FVNGENTVR ‖ ITEM PLACVIT QVISQVIS · A MVNICIPIO VLTRA MILLIAR · XX DECESSERIT · ET NVNTIATVM FVERIT EO EXIRE DEBEBVNT ‖ ELECTI · EX CORPORE N · HOMINES TRES QVI FVNERIS EIVS CVRAM AGANT ET · RATIONEM · POPVLO REDDERE DEBEBVNT ‖ SINE DOLO M*al*O · ET · SI QVIT IN EIS FRAVDIS CAVSA INVENTVM FVERIT EIS MVLTA ESTO QVADRVPLVM · QVIBVS ‖ *funeraticium*[7]) EIVS DABITVR · HOC AMPLIVS · VIATICI NOMINE · VLTRO CITRO SING HS XX · N · QVOD SI LONGIVS ‖ *a municipio su*PRA ·[8]) MILL · XX DECESSERIT ET NVNTIARI NON POTVERIT TVM IS QVI · EVM FVNERAVERIT TESTA‖*tor · rem · tabul*IS[9]) SIGNATIS · SIGILLIS · CIVIVM ROMANOR · VII · E*t* PROBATA CAVSA FVNERATICIVM EIVS SA‖*tisdato · ab i*IS NEMINEM PETITVRVM DEDVCTIS COMMODIS · ET · EXEQVIARIO E LEGE COLEGI (sic) DARI ‖ *sibi* · *petito* · *a* · *co*LLEGIO DOLVS MALVS ABESTO · NEQVE · PATRONO NEQVE PATRONAE NEQVE D*omino*

(columna II.) NEQVE D*o*MINAE NEQVE CREDITORI · EX · HOC · COLLEGIO · VLLA PETITIO ESTO NISI · SIQVIS TESTAMENTO HERE*s* ‖ NOMINA*tus e*RIT · SI QVIS · INTESTATVS DECESSERIT · IS · · ARBITRIO QVINQ · ET POPVLI · FVNERABITVR ‖ ITEM PLACVIT QVISQVIS · EX · HOC · COLLEGIO SERVVS · DEFVNCTVS · FVERIT ET CORPVS EIVS A DOMINO DOMINAV*e* ‖ INIQVITATAE (sic) · SEPVLTVRAE · DATVM · NON FVERIT · NEQVE TABELLAS FECERIT EI FVNVS · IMAG*ina*‖RIVM FIET > ITEM · PLACVIT · QVISQVIS · EX QVACVMQVE CAVSA · MORTEM · SIBI · ADSCIVERI*t* ‖ EIVS · RATIO · FVNERIS · NON · HABEBITVR ‖ ITEM PLACVIT · VT QVISQVIS · SERVVS · EX · HOC · COLLEGIO LIBER · FACTVS · FVERIT · IS · DARE DEBEBIT VIN*i bo*‖NI AMPHORAM > ITEM PLACVIT QVISQVIS · MAGISTER · SVO · ANNO ERIT · EX ORDINE A*lbi* ‖ AD CENAM FACIENDAM · ET · NON · OBSERVAVERIT · NEQVE · FECERIT · IS · ARCAE · INFERET · HS · XXX N ‖ INSEQVENS · EIVS · DARE DEBEBIT · ET · IS · EIVS · LOCO · RESTITVERE · DEBEBIT ‖ ORDO · CENARVM · VIII · ID · MAR NATALI CAESENNI . . . . . PATRIS · V ·

K · DEC · NAT · ANT*inoi* ‖ IDIB · AVG · NATALI · DIANAE · ET · COLLEGI · XIII · K · SEPT · NA*t · caese*NNI · SILVANI · FRATRIS · PR · N*on* · · · · ‖ NATALI · CORNELIAE · PROCVLAE · MATRIS · XIX · K · IAN N*at · caes*ENNI · RVFI · PATR MVNI*cipii* ‖ MAGISTRI · CENARVM · EX · ORDINE · ALBI · FACTI · Q*u*O ORDINE · HOMINES · QVATERNI PONERE DEBEB*unt* ‖ VINI · BONI · AMPHORAS · SINGVLAS · ET · PANES · A · II · [10]) QVI · NVMERVS · COLLEGI · FVERIT · ET · SARDAS ‖ *nu*MERO QVATTVOR · STRATIONEM CALDAM · CVM MINISTERIO ‖ ITEM · PLACVIT · VT · QVISQVIS · QVINQVENNALIS · IN HOC COLLEGIO · FACTVS · FVERIT · IS · A · SIGILLIS · [11]) EIVS TEMPORIS ‖ QVO QVINQVENNALIS · ERIT · IMMVNIS · ESSE · DEBEBIT · ET · EI · EX · OMNIBVS · DIVISIONIBVS PARTES · DVPL*as* ‖ DARI · ITEM · SCRIBAE · ET · VIATORI · A · SIGILLIS · VACANTIBVS · PARTES · EX · OMNI DIVISIONE SESQVIP*las* ‖ DARI · PLACVIT ‖ ITEM · PLACVIT ‖ VT · QVISQVIS · QVINQVENNALITATEM · GESSERIT · INTEGRE · EI · OB · HONOREM · PARTES · SE*squi*‖PLAS · EX · OMNI · RE DARI · VT · ET · RELIQVI · RECTE · FACIENDO · IDEM · SPERENT ‖ ITEM · PLACVIT · SI QVIS · QVID · QVERI · AVT · REFERRE · VOLET · IN CONVENTV · REFERANT · VT · QVIETI E*t* ‖ HILARES DIEBVS SOLLEMNIBVS EPVLEMVR ‖ ITEM · PLACVIT · VT · QVISQVIS · SEDITIONIS · CAVSA · DE · LOCO · IN · ALIVM · LOCVM TRANSIERIT · EI · MVLTA · ES‖TO · HS IIII · N · > SI QVIS AVTEM IN OBBROBRIVM (sic) ALTER ALTERIVS · DIXERIT · AVT · TV*mul*‖TVATVS · FVERIT · EI · MVLTA · ESTO HS XII N · > SI QVIS QVINQVENNALI INTER EPVL*as* ‖ OBBROBRIVM · AVT · QVID · CONTVMELIOSE DIXERIT EI · MVLTA · ESTO HS · XX N · · · ‖ ITEM · PLACVIT · VT · QVINQVENNALIS · SVI · CVIVSQVE TEMPORIS · DIEBVS SOLLEMN*ibus · ture* ‖ ET · VINO · SVPPLICET · ET CETERIS OFFICIIS ALBATVS · FVNGATVR · ET · DIE*bus · natalibus* ‖ DIANAE · ET · ANTINOI · OLEVM · COLLEGIO · IN · BALINIO (sic) · PVBLICO · PO*nat · antequam* ‖ EPVLENTVR — Tabula marmorea longa palmos septem cum tribus unciis, alta tres palmos cum decem unciis; rep. in ruderibus balnei Lanuvii a. 1816. Ed. primus N. Ratti, *Atti d. Accad. pont.* II, p. 462, cuius apographum passim corruptum denuo edidit Cardinali, *Dipl. mil.* n. 510; Mommsen, de collegiis et sodaliciis Romanorum, Kiliae 1843, p. 98 sqq. — Anno 1847 ipse cum eodem in aedibus Frezza Lanuvinis titulum recognovi ac nonnulla correxi, de quibus cf. Mommsenium, *Ztschr. f. gesch. RW.* 1850, vol. XV, 3, p. 357 sqq. — Eius supplementa hic recepi.

1) A. 136. 2) A. 133. 3) IT, sic pro *id.* 4) *asses quinque*, = annuos HS XV; Mommsenius, lectione Rattii deceptus, de ratione usurarum olim minus recte statuit. Pro CCCC autem postea CCC in lapide legitur, ita ut usurae quincunces summae in mortis diem promissae penderentur; cf. nunc *Ztschr. f. gesch. RW.*, l. l. p. 362. 5) CONTINENTER male Rattius, qui quinque ultimas litteras de suo addidit. 6) Cf. not. 4. 7) Ab initio quinque versuum ultimorum huius columnae litterae 10 vel 12

desaat; quapropter quum paullo post ei, qui sodalem huius collegii funeraverit mortuum ultra XX miliarium, cuius de morte renuntiatum non erat, funeraticium eius dari iubeatur, hoc quoque loco *funeraticium* supplendum esse credo. 8) Partem superiorem litterae P in lapide legimus. 9) Ita rest. Mommsenius; sed in lapide legi videbatur . . IIS; num *testimon*IIS? — Idem paullo post commode scripsit *satisdato amplius*; sed quum itidem in lapide legimus . . IS, equidem *ab* iIS scribere malui, quod antea ipse proposuerat; v. libellum *de Collegiis*, tab. 10) *assium* II, M. 11) Cf. ad 2395.

6087. I.) DESCRIPTVM ET RECOGNITVM ‖ FACTVM EX LIBELLO QVI PROPO‖SITVS ERAT ALB MAIORI 1) AD STATIO‖NEM RESCVLI IN QVO SCRIP‖TVM ERAT ID QVOT (sic) I S EST 2) ARTEMIDORVS APOLLONI 3) MAGISTER ‖ COLLEGI IOVIS CERNENI 4) ET VALERIVS ‖ NICONIS ET OFFAS MENOFILI QVESTO‖RES COLLEGI EIVSDEM ‖ POSITO HOC LIBELLO PVBLICE TESTANTVR ‖ EX COLLEGIS SS 5) VBI ERANT HOMIN 6) LIIII ‖ EX EIS NON PLVS REMASISSE (sic) ALBVR 7) QVAM QVOT HOMIN 8) XVII 8a)

II.) IVLIVM IVLI QVOQVE COMMAGISTRVM SVVM ‖ EX DIE MAGISTERI SVI NON ACCESSISSE AD ALBVRNVM NEQ ‖ IN COLLEGIO SEQVE EIS QVI PRE‖SENTES FVERVNT RATIO‖NEM REDDEDISSE (sic) ET SIQVIT EORVM ABVERAT (sic) RED‖DIDISSET (sic) SIVE FVNERIBVS ET CAVTIONEM SVAM IN QVA EIS CAVERAT RECEPISSET MODOQVE AVTEM NEQVE FV‖NERATICIS SVFFICERENT NEQVE LOCVLVM ABERET NEQ 9) ‖ QVISQVAM TA[M MAGNO TEMPORE DIEBVS QVI]BVS 10) LEGI (sic) ‖ CONTINETVR CONVENIRE VOLVERINT AVT CONFER‖RE FVNERATICIA SIVE MVNERA ‖ SEQVE IDCIRCO PER HVNC LIBELLVM PVBLICE TESTANTVR VT SI QVIS ‖ DEFVNCTVS FVERIT NE PVTET SE COLLEGIVM ABERE AVT AB EIS ALIQVEM PETITIONEM FVNERIS ABITVRVM ‖ PROPOSITVS ALB MAIORI 1) V IDVS FEBR IMP L · AVR VER III ET ‖ QVADRATO CS 11) ACT ALB MAIORI — In tabula priore a latere inscriptionis sigilla erant septem testium adiunctis hisce nominibus: L · VASIDI VICTO‖RIS ‖ C · SECVNDINI LEG::: ‖ STERTINI RVSTICI ‖ AELII LA · · · ‖ GELDONIS ‖ STAT · · · · · · · · · ‖ ATILII · · SLACIS (?) ‖ CO · · · · · INVS — Tabulae ligneae in modum diptychorum coniunctae et cera illitae, rep. in fodinis Dacicis Toroczkoiensibus prope vicum *Aprudbanya* sitis anno 1807. Massmann, libellus aurarius, tabb. 1. 2. Quae hic proposui, omissis testium nominibus et mutato versuum ordine in interna parte itidem leguntur, ubi quae varie scripta sunt, adnotabo. De sinceritate tabularum male dubitavit Letronnius, cf. *Journal des Savants* 1841, p. 566.

1) Lege ALB*urno* MAIORI, cf. *ad Alburnum*. Vicus erit Daciae ignotus. 2) I*nfra* S*criptum* EST. 3) Sc. servus, non filius, ut Massm. vult. 4) Ad explicandum nomen Iovis Cerneni Massmann Zernensis coloniae mentionem facit a Traiano deductae, de qua Ulpian. Dig. L, 15, 1, §. 8; cf. Francke, *Traian* p. 107. 5) COLLEGIO S*upra* S*cripto*, in parte interna. 6) HOM, ibd. 7) AD AL*Burnum*, ibd. 8) H, ibd. 8a) Male Massmannus legit XII, v. Mommsen de colleg. p. 94. 9) NEQVE, ibd. 10) Verba uncis inclusa in parte exteriore vetustate corrupta iam non leguntur. 11) A. 167.

§. 22. MAGISTRI ET MAGISTRAE SACRORVM.

N. 2421, *magistros Minervales* et *Mercuriales* minus recte Orellius *praefectos* fuisse dicit *sacris Minervae et Mercurii*, quum collegiis potius Minervalium et Mercurialium praepositi essent.

N. 2425, v. 1. PAVLLO; v. 3. LEGIO; Mommsen, I. N. 2595, qui vidit et Neapoli tribuit.

N. 2428 e Borromaeianis, i. e. Brancatellianis, de quorum fide cf. Mommsen, Ber. d. S. Ges. 1850, p. 266 sqq.; plura certe in hac quoque inscriptione interpolata sunt, ut *IIlvir*, *fortuna melior* cet.

N. 2430, vidit Ravennae Mommsenius, sed medio aevo exaratum esse iudicavit.

6088. . . . . MAGISTERI · I · O · M · P · D · M 1) ‖ S · P · P · CVIVS · DEDICAT · DECVR · IN LVC · 2) PVBLICE ‖ VESCENTIB · SING · HS · XX · N ‖ DEDIT L · D · D · D — Formiis. *Antichch. Ciceroniane* p. 29, 19; Mommsen, I. N. 4077, qui vidit.

1) *Iovis Optimi Maximi Patris Deorum Magni*? 2) IN LVC*o*.

6089. (Versus priores scalpro deleti, quibus nomina continebantur magistrorum) M · ANTONIO ‖ A · POSTVMIO · CoS 1) ‖ HEISCE · MAG · 2) MVRVM · AB · GRAD‖AD · CALCIDIC · ET · CALCIDICVM ‖ ET · PORTIC · ANTE CVLIN · LONG · P ‖ ET · SIGNA · MARMOR · CAST · ET · POL ‖ ET · LOC · PRIVAT · DE · STIPE · DIAN 3) ‖ EMENDVM *et faci*ENDVM ‖ COERAVER · · · · — Olim infixus parieti cuidam vetustissimo ad radices montis Tifatae, nunc in R. Mus. Neapolitano. Mommsen, I. N. 3565, ubi vide ceteros; cf. ibid. 3561 sqq.

1) A. 655 = 99. 2) MAG*istreis*, sc. Dianae; cf. *magistros Venerus Iovias* vel *Cererus*; cf. Or. 2487 et I. N. l. l. 3) i. e. de aere Dianae consecrato.

6090. TEMPL · ISIS · ET · SERAP · CVM ‖ SIGNIS · ET · ORNAM · ET · AREA ‖ OB · HONOR · M · M · PORC · FELICIS ‖ ET · IMPETRATI · *f* · (?) IIII · V · A · P · D*es* ‖ M · PORC · M · L · PRIMIG*enius* ‖ MAG · LAR · AVG · R*estituit* — In insula S. Antiochi Sardiniae inter rudera Sulcorum. Gazzera, *decreto di patronato e clientela della colonia Giulia Augusta Usellis*, Torino, 1830, 4, p. 15; tab. II, 1; Bull. Inst. Arch. 1830, p. 172.

6091. AESCVLAPIO · AVG · SACRVM ‖ C · IVLIVS · MARIO · MAG · AVGVSTAL ‖ ACCENSVS · CONSVLVM ‖ *de pe*CVNIA · SVA · POSVIT — In Museo Caralitano. Della Marmora, *voyage en Sardaigne* II, p. 479, n. 32.

6092. · · BOVIVS · N ‖ ET · M · L · HILARVM (sic) ‖ MAG · AVG ‖ VIAM · STRAVIT ‖ LONG · P · LVII ‖ D · D — Frigenti. Mommsen, I. N. 1321, ubi v. ceteros.

6093. M · ALBINIVS · M · F · MEN ‖ AED · IIVIR · IIVIR · QVINQ ‖ AVG · MAG · AVGVST · DESIGN 1) ‖ VALERIA · CALISTO VXOR — a parte postica: N · XX — Praeneste. Petrini, *Mem. Pren.* IV, 25.

1) *Magistros Augustales* sive *larum Aug.* ab *Augustalibus* et *Seviris Augustalibus* diversos fuisse, hoc monumento apparet; cf. quae contra Eggeri sententiam disputavi in *Ztschr. f. A. W.* 1848, n. 25, p. 195, et n. 6062.

6094. NVMINI · DIA‖NAE · AVG ‖ VALERIA · EPI‖THVSA · MAG — *Savigliani* in Pedemontano. Bull. Inst. Arch. 1831, p. 211.

6095. SEBVRIA · FELIX ‖ MAGISTRA · DONV ‖ MINERVAE — Sutrii. Exscr. de Rossi.

1) „Sic"; corr. *nutrici*. [Imo explica *adiutrici*. Mommsen.]

6200. D M ‖ C SORNOIG*ni* ‖ MAIORIS VIX*it* ‖ M SEX · D · XXII ‖ ORAS VIIII ‖ MONTANVS ET ‖ SORTITA PATRES — Arimini. *Novelle Fiorent.* XVIII, p. 73; Tonini, *Rimini* p. 318, n. 68.

6201. C · VENSIVS · C · F · ‖ CAESIA · NATVS [1] — Clusii. Bull. Inst. Arch. 1833, p. 49.

1) De more Etruscorum, quo matris nomen in monumentis proponebant, cf. Or. 4703; Bull. Inst. Arch. 1844, p. 163.

6202. SETIVS · FVNDANVS · NVTRIVIT NATOS DVO IN PRIMA ‖ AETATE EX GERMANA CONIVGA · IN STVDIISQ · MISIT · ET ‖ HONORES · TRIBVIT · POST TANTOS · SVMPTVS N FRVITVS NE‖MINE FVNERAVIT · NATOS ET HANC · COEPIT OPERA · SENEC · LA‖BORANS · HAEC PERFEC OMNIA · V · A [1] GERMANA ‖ CONIVNX · V · A · LXXX SORORIS CONIVGIS OR‖NAVIT · MEMORIA · GAETVLIA · PRIM · V · A · LXXX · VALEAS · VIATOR · LECTOR · MEIS CARMINIS — Calamae. *Excursions dans l'Afrique septentrionale* n. 12.

1) Annorum numerus post mortem eius, qui monumentum fecit, adiungi debebat.

6203. D · M ‖ SABINIANA FECIT ‖ PARENTI · NATVRALI · SVO ‖ HERMETI · BENE ME‖RENTI — In R. Mus. Neap. ex Mus. Borgiano allatus. Mommsen, I. N. 7089.

6204. C · BETVINVS ‖ SPVRIVS [1] ‖ L · ASINIVS · L · L ‖ ALNXSAN · · · [2] ‖ BETVINA · C · · SECVNDA — Prope *Nesce* in Aequicolis. Ann. Inst. Arch. 1834, p. 118; Mommsen, I. N. 5717.

1) Nota cognomen *Spurii*. — De praenomine *Spurii* cf. nunc Labus, *Marmi Bresciani*, p. 62, qui exempla quoque attulit praenominis illius pro nomine gentilicio usurpati. 2) Nota orthographiam Etruscam nominis Alexandri. [Corrige ALIIXSANder. Mommsen.]

6205. DIS · MAN ‖ L · VITORIO (sic) ‖ FORTVNATO ‖ VIXIT · A · XIII ‖ MENS · VIIII ‖ VITORIA · BRISEIS · MATER- ‖ TERA · ET · P ‖ TAMVLLIVS ‖ EROS · TATA ‖ ET · SIBI · FEC ‖ IN F · PED · XII ‖ IN · AGR · P · XVII — Luceriae. Mommsen, I. N. 1021.

6206. D M ‖ AVRELIVS FESTVS FVRCIAE ‖ FLAVIAE · FILIASTRAE · BENE‖MERENTI • ET DOMINE · ET PA‖TRONAE • QVAM DIVS VIVO CO‖LO TE POST MORTE NESCIO PARCE ‖ MATREM TVAM ET PATREM ET SORO‖REM TVAM MARINAM VT POSSINT TIBI FACERE ‖ POST ME SOLLEMNIA — Romae in Villa Pamfilia. Ann. Inst. Arch. 1846, p. 209.

6207. D · M ‖ CLAVDIAE SATVRNINAE ‖ FILIASTRAE · FLAVI · PROCVLI ‖ ET · CLAVDIAE · SYNTYCHES ‖ FAVSTVS VERNA · ET · LIB · MAM‖MAE · SVAE · ET · CASTOR CAES · N ‖ SERVVS · VERNA · CONIVGI · OPTI‖MAE BENEMERENTI Romae. Vidit Borghesi.

Ad nn. 2698 et 2699 cf. titulos sequentes:

6208. C · OBELLIVS · M · F · VIVVS · FECIT ‖ SIBEI · ET · MEVIAE · VXORI ‖ OBELLIA · L · Ɔ · HIC · SITA · EST — Prope *Vinchiaturo* agri Bovianensis. Mommsen, I. N. 4994.

6209. D . M · S ‖ AEMILIA · ‖ CORNELIA G · F · ‖ SCRIBONIA · ‖ MAXIMA · C · P · [1]) ‖ VIXIT · DIEBVS · ‖ XLV — Romae, in Mus. Vat. Kellerm. Vig. p. 41, nota ad n. 70.

1) *Clarissima Puella*, l. l., qui titulus in alia quadam inscriptione C Ꝗ scribitur;

6210. GLAVCOPI · VENERI ‖ GELLIAE ‖ AGRIPPIANE ‖ C · Ꝗ ‖ AVRELIA · SOTERIS ‖ ET · MVSSIVS ‖ CHRYSONICVS ‖ NVTRITORES ‖ LACTANEI — Romae. Maffei, M. V. 293, 1; corr. Kellerm. l. l.

6211.

. . . . . . *s*ACERD · PVBLIC · VENER
et · cereris ? *h*VIC · MATRONAE · STATVAM
*ex · aere · coll*ATO · [1]) IN · AEDEM · VENERIS
*ponendam cu*RAVERVNT • HVIC
*decuriones p*VBLICE · LOCVM · SEPVLTVRAE · ET
impensas funer · iis . . . ET · STATVAM · DECREVERVNT

L · CORNELIO · L · F · MEN · M . . . .
FLAMINI · ROMAE · TI · *Caes · aug*
AVGVRI · AED · $\overline{II}$ · VIR · QV*inquenn*
PRAEF · FABR · BIS · HIC · TOGAE · VIR*ilis · die*
CRVSTVLVM · ET · MVLSVM · POPVLO · *dedit*
AEDILITATE SPECTACVLVM · GLADIA*tor · et* [2])
CIRCENSIVM · EDIDIT · OB · HONOR*em · iivir*
DECVRIONIB · MAGNAM · CENAM · D*edit · quin*
QVENNALITATE · SVA · LVDOS · SPL*end · edidit*
HVIC · DECVRION · PVBLICE · LOCVM *sep · et · impensas*
FVNER · HS L · ET · STATVAM *decreverunt*

— Surrenti. Reines. VI, 32; Donat. 243, 2 cett. partem tituli male ediderunt; corr. Mommsen, I. N. 2123, et p. XXIII in Corrigendis. V. ipse.

1) *loco decr . dec . d*ATO, M. 2) M. omisit *et*, coniungens *gladiatorum Circensium*; minus bene, opinor.

CAPVT VIII.

NOMINVM RATIO APVD ROMANOS.

Quamquam tria nomina et praenomen patris et tribus ingenuorum propria esse solent, bene tamen tempora distinguenda sunt; liberae enim rei publicae aetate multis hominibus duo tantum nomina, sc. praenomen et nomen gentilicium fuisse, et historia docet et lapides demonstrant, quorum qui duo solum nomina exhibent cognomine non adiuncto, vel ante Augustum vel sub eius certe imperio exarati esse creduntur. Eo enim tempore mos ille vetustus, quo filii familias praenominibus distinguebantur, paullatim desiit, ita ut eodem nonnunquam praenomine omnes fratres uterentur; quapropter cognominibus opus erat, quibus distingui possent (cf. Borghesi, *lapida Gruteriana*, Act. Acad. Taur. XXXVIII, p. 27). Agnomina vero, quae liberae rei publicae aetate raro nec nisi ob victorias, ob adoptionem vel propter facetias popularium civibus indebantur, imperatorum tempore valde usitata erant multasque ob caussas assumebantur, ita ut non modo matris vel avorum nomine homines uterentur, sed heredes saepe omnia eius, cuius bona acceperant, reciperent nomina. Praeterea Graeci illi et Asiatici, qui sub imperatoribus Romam confluxerunt, nomina quidem Romana assumserunt, quibus in actis potissimum publicis utebantur, et si forte magistratibus Romanis fungebantur, nihilo tamen minus patria quoque nomina retinere solebant. Cuius rei exempla luculentissima videsis apud Borghesium l. l. p. 39 sqq. Hic nominasse sufficiat virum celeberrimum Ti. Claudium Atticum Herodem cos. anni 143, ita quidem appellatum in inscriptionibus C. I. Gr. 332 et 1883; Murat. 327, 7; Fabr. 156, 251; Grut. 943, 1. Herodem autem Atticum a scriptoribus dictum, qui in fastis consularibus solo Attici nomine inscriptus erat, ut inscriptionibus Mar. Arv. p. 324 et 333, Mur. 327, 6 et 2050, 2, C. I. Gr. 1077 aliaque quadam inedita idem comprobavit Borghesius. His igitur de caussis πολυωνυμία illa orta est, cuius plura exempla Orellius attulit (2759 sqq.). In tot autem nominibus sine ulla regula dispositis saepe valde difficile est hominis alicuius originem veramque indagare familiam, quum ne illud quidem recte vv. dd. proposuerint, nomen, quo praecipuo quasi quodam et *diacritico* homines usi sint, in fine positum esse; promiscue enim quum nomina, tum cognomina et collocata et usurpata esse multis exemplis Borghesius confirmavit (l. l.).

N. 2703: Orellius male FL litteras pro nota tribus habet, quum ipse postea Flaviam tribum fuisse neget. Coniunge FL*avia* SISCIA, ut in eadem inscriptione simili modo *Aelia-Mursa* seiungitur. Nota coloniam Sisciam a Flaviis deductam esse.

N. 2705 = 894.

N. 2718. 2719, cf. n. 6222a.

N. 2719, v. 5. M . VIIII . V. ipse in Mus. Vat.

6212. De praenominibus hoc tenendum est, certa quaedam cognomina nonnunquam praenominum loco ante nomen posita esse; cuius generis sunt *Cordus*, *Cossus*, *Faustus*, *Paullus*, *Taurus*, alia. — Iis vero, quae de praenominibus Orellius attulit, haec adde, quae si paullo accuratius perlustraveris, multa reperies praenomina rariora Samnitica sive Osca fuisse sub Romanorum etiam dominatione servata; cf. Mommsen, *Unterit. Dial.* p. 241.

6213. *Epidius*: V · [1]) POPIDIVS ‖ EP · F · Q · [2]) ‖ PORTICVS ‖ FACIENDAS ‖ COERAVIT — Pompeiis. Mommsen, I. N. 2196.

1) *Vibius*. 2) *Quaestor*.

[*Gal*. · · · · v. n. 6126. Mommsen.]

6214. *Messius* s. *Mesius*: HELVIAE ‖ MESI · F ‖ SACERDOT · VENER ‖ FILIEI · DE SVO — Boviani Undecimanorum. I. N. 4984.

6215. *Minius*: L · VETTIO · MIN · F · VOL · VRSVLO · VERI [1]) ‖ D · V · FECIT · ET · SIB*et* · OPPIA · VXOR — Aufidenae. I. N. 5142.

1) Ante VERI aliquid deesse Mommsenius suspicatus est; hoc certe constat, corruptum titulum esse.

6216. MV praenomen, quod *Munatium* esse in inscriptione Grut. 372, 9 Scaliger voluit, nihil est nisi MV, *Manius*; cf. Bull. Inst. Arch. 1833, p. 40.

6217. *Novius*: N · VIBIO · NOV · F · POM ‖ FLACCO ‖ COSSVTIAE · P · F — Potentiae. Mommsen, I. N. 418; cf. inscriptionem notissimam cistae Kircherianae s. Ficoronianae nuper denuo ab O. Iahn editam. Hoc praenomen Oscum nomen gentilicium Romanorum evasisse constat, cuius rei praeter alia exempla satis nota rarum hic afferam OVII nomen:

6218. Q · OVIVS · OV · F ‖ TR · PL · VIAM ‖ STRAVIT — Venusiae. Mur. 507, 6; corr. I. N. 704.

6219. *Paquius* s. *Pacius*; v. Mur. 488, 1 = I. N. 276, in titulo Tegianensi, et: N · VITELLIVS · PAC · F*il* · ‖ FACIEN*d* C*ur* — Potentiae. I. N. 389.

6219a. *Percennius*. N · CEIO · PER · F · NAEVIA · MV · VXOR · DE · SVA · PECVNIA ‖ FACIVNDVM CVRAVIT — Santangelo Limosani prope Tereventum. Ann. Inst. Arch. 1854, p. 23, n. 22.

6220. *Pet* · · · ·: L · OFDIVS · L · F ‖ PET · N · DL · M — Rep. Collettarae inter Amiternum et Forulos (nunc in Mus. Aquilano). I. N. 5765.

6221. *Postumus* praenomen titulo sequenti confirmari videtur (nisi potius explicandum est POS*uit*): TI · IVLIVS · TI · *f* ‖ CLA · INGENVVS ‖ VIRVNO MIL ‖ COH XII · VRB 7 ‖ NAEVI · SING ‖ TRIB MIL ANN ‖ VI VIXIT ANN XXIV ‖ POS · SECVNDINI‖VS · MAXIMVS · H · F · C — Romae, in Mus. Cap., ubi vidi; Guasco n. 177; cf. n. 6385.

6222. *Proculus*: PR · POSTVMIVS · A · F · A · N · ALBINVS · REGILLENSIS in fastis Capitolinis trib. mil. a. 357 (Borghesi, *nuovi framm. di fasti consolari capitolini*, parte seconda, p. 144), et PR · CENTONIVS (7063).

6222a. PVP · PONTIO T · F · VO*l* ‖ PROCVLO AN XIII · · — Prope Tereventum. Ann. Inst. Arch. 1854, p. 23, n. 26. — Hac inscriptione Pupum vel Papium praenomen fuisse videtur confirmari; cf. 2718.

6223. *Quartus* Garruccius (Class. Mis. p. 34, n. 26) nuper inscriptione quadam Misenensi confirmare conatus est; quam melius descriptam vide apud Mommsenium, I. N. p. XXI, 7294, ubi pro QVART AVGVSTO VARO cet. Q AVGVSIO VARO legitur. — Titulus vero Don. 276, 187 = Fabr. 24, 109 cet., quamquam Kellermanno probatus (Vig. n. 67), quo *Quartius Iunius Quar. f. Fal. Hesperinus* et *Quartia Terentia Secunda* commemorantur, mihi certe maxime suspectus est solaque nititur schedarum auctoritate.

6224. *Salvius*, male *Salvinus* Orellius; nam inscriptionem Grut. 559, 8 vide correctam apud Furlanettum, *lap. pat.* p. 175 (CLXVIII). — SAL · HOSTILIVS ‖ SP · F ‖ P · HOSTILIVS ‖ SAL · F — Prope *Coppitum* (rep. Vigliani prope Civita Tomassa, Carli). I. N. 5844; Bull. Inst. Arch. 1834, p. 148.

6225. P · PETICIVS · SA · F · PETRONIA · SA · F ‖ PETICI — Trasacci. Mur. 1724, 2; corr. I. N. 5584.

Alia huius praenominis exempla v. apud Mommsen, I. N. in Indice praenominum.

6226. Littera S praenomina *Sergius*, *Sextus*, *Spurius* indicari possunt: cf. M · ANTONIO · RVFINO ‖ S · OCTAVIO LENAT*e* ‖ CONS in titulo Tusculano (n. 6996), in quo *Sergio* legendum esse constat (Bull. Inst. Arch. 1845, p. 156 et 160); deinde Grut. 554, 9 et 559, 5, in quibus *S* pro *Sexto*, et hunc titulum Veronae exstantem: S · POSTVMIVS · S · F · S · N ‖ ALBINVS · COS ‖ GENVA ‖ · · · · XXVII, in quo S pro *Spurio* habendam esse Borghesius docuit, *Giorn. Arc.* 1821, X, p. 211 sqq.; cf. SC. de Bacch. et nummorum quorundam inscriptiones. — Praenomen SER *Sergium* (non *Servium*) esse, pluribus exemplis idem v. d. comprobavit, Bull. Inst. Arch. 1845, p. 158 sqq. Cf. etiam titulum Tusculanum l. l. p. 156:

6227. *rub*ELLIAE ‖ *bla*NDI · F · BASSAE ‖ · · OCTAVI · LAENATIS ‖ SERGIVS · OCTAVIVS ‖ LAENAS · PONTIANVS [1] ‖ AVIAE · OPTIMAE —

1) Cos. a. 884.

STATIVS, STA*tius*, ST*atius*: cf. Mommsen, I. N. Index praenominum.

6228. Q · RAIVS · STA · FE*il* ‖ BROCCVS · II · VIR · *i* · *d* ‖ D · D · S — Venusiae. Mommsen, I. N. 725.

6229. M · VIBIVS · ST · F ‖ OVF ‖ MARCELLVS · SIBI ‖ ET · ST · VIBIO · ST · F ‖ OVF · PATRI · SVO ‖ EX · TESTAMENTO — In agro olim Fabraterno, nunc Aquinate. Ibd. 4420.

T in n. 2725 et 2727 male Orellius pro *Tauro* habet, quum semper *Titus* sit, neque *Taurus* unquam praenomen esse possit; cf. Labus, *monumenti scoperti in Canturio* p. 25.

6230. *Trebius*: L · CAI · TR · F in inscriptione Mur. 488, 1, Mommsen, I. N. 276, et: TREB · STATORIVS · TR · L · TERMINALIS in fragmento Herculanensi. I. N. 2383, g.

V rarius pro VIB, VI (*Vibius*) usurpatur: v. n. 6213.

6231. De praenominibus feminarum scripsit nuper Borghesius apud Furlanettum, *lap. pat.* p. 146, de inscriptione P. Serviliae (Grut. 311, 3) verba faciens: „ . . . . . *Dopo la recensione fattaci dall' Orelli vedete a che si riducono i prenomi femminili, e sì che ne vanno esclusi anche alcuni di quelli, ch' egli ha rispettati, e segnatamente tutti quelli, in cui alla sigla del creduto prenome succede immediatamente il cognome, la quale per me non è se non che l'iniziale del gentilizio; imperocchè se questa compendiosa maniera si usò talvolta cogli uomini, vuol ragione, che altrettanto si creda pur fatto colle donne. Non nego di aver veduto co' miei occhi qualche caso del prenome muliebre, ed anche alcuno che è rimasto ignoto all' Orelli, ma sempre in persone di qualità, generalmente chiarissime femmine, ed ad impero già inoltrato; ma non ne conosco alcuno, in cui si abbia il solo prenome e il nome gentilizio senza cognome. Conchiudesi che quest' uso fu seguito da pochissime famiglie*" cet. — De Romanorum usu nomina quoque gentilicia per compendia exprimendi cf. Labus, *Marmi Bresciani* p. 67. Hinc de singulis apud Orellium ipse iudices, sed bene notes, Borghesii disputationem ad tempora potissimum imperii pertinere; nam prioribus liberae rei publicae temporibus feminas non tam praenomine, quam ad instar eius anteposito cognomine ornari solitas Mommsenius demonstravit, *Unterital. Dial.* p. 81. 242, 365, et apud O. Iahn, *Ficoron. Cista* p. 45. Vide e. g. Or. 1500; 1501; 551; Mur. 1389, 4; 1635, 8; Gud. 313, 10; Mommsen, I. N. 236:

6232. L · MANNEIVS · Q · MEDIC (sic) ‖ VEIVOS · FECIT · *ΦΥΣΕΙ ΔΕ* ‖ *ΜΕΝΕΚΡΑΤΗΣ* (sic) *ΔΗΜΗ*‖*ΤΡΙΟΥ ΤΡΑΛΛΙΑΝΟΣ* ‖ *ΦΥ-ΣΙΚΟΣ ΟΙΝΟΔΟΤΗΣ* ‖ *ΖΩΝ ΕΠΟΙΗΣΕΝ* ‖ MAXSVMA · SADRIA · S · F ‖ BONA · PROBA · FRVGEI · SALVE — *Monte Caggiano*, in agro Volceiano.

6233. L · SERGIVS · L · L · · · · · ‖ RVTILA ·[1])FVLCINIA · · · ‖ P · F · FRVGI — Amiterni. I. N. 5891; Bull. Inst. Arch. 1839, p. 64.

1) Cf. epit. de nomin. apud Mommsen, *Unterit. Dial.* p. 242, n. 72: *Antiquarum mulierum — praenomina — Rutilla, Caesella, Rodocella, Murcula, Burra a colore dicta*, et Maff. M. V. p. 470, 5.

6234. PRIMAE POMPEIAE ‖ OSSVA HEIC ‖ FORTVNA SPONDET MVLTA ‖ MVLTIS PRAESTAT NEMINI VIVE IN DIES ‖ ET HORAS NAM PROPRIVM EST NIHIL ‖ SALVIVS ET · EROS DANT — Romae. Eph. litt. Florent. 1757, 41. — *Secunda*, v. Gud. 313, 10.

6235. T ‖ P · BRVTIVS · P · F · QVI ‖ TERTIA · SAPIENA Ɔ · L ‖ VXOR · POSIT ‖ GAVIA · CAESIDIA ‖ PROBISVMA · FEMINA ‖ MATER · BRVTI — Aquilae. Mar. I. A. p. 27; Mommsen, I. N. 5820.

6236. TERTIA · TVRPEDIA ‖ EX · TESTAMENTO ‖ L · BETVI · C · F · FAB ‖ FILI — Nereti. I. N. 6230; cf. 6949.

6237.

POSILLA · SENENIA · QVART · I [1]) QVARTA · SENENIA · C · L
HOSPES · RESISTE · ET · P/ · · · [2]) · SCRIPTVM PERLIC ·
MATREM · NON · LICITVM · ESS*e uni*CA · GNATA FRVEI

QVAM · NEI ESSET · CREDO · NESCI*o* · *qui* · *i*NVEIDIT · DEVS · 3)
EAM·QVONIAM·HAVD·LICITVM*est v*EIVAM·A MATRE·ORNARIE*r* 4)
POST · MORTEM · HOC · FECIT · AEC · 5) EXTREMO · TEMPORE
DECORAVIT EAM · MONVMENTO · QVAM · DEILEXSERAT
— Rep. in via Salaria XV m. p. a Reate prope *Osteria nuova*, nunc Genzani in aedibus Caesariniorum. Ex Martelli, *antich. de' Sicoli* II, p. 179, n. 65, et apographo a Brocchio cum Borghesio communicato ed. Mommsen, *Ztschr. f. AW.* 1846, p, 304. Mihi dedit de Rossi, cuius scripturam hic proposui. Ipse postea vidi ectypum chartaceum. Cf. Mur. 1493, 10. Inscriptio in quattuor saxis legitur, quorum duo praeter nomina protomen exhibent et aves uvis vescentes.

1) l. *Filia*, id quod Brocchii etiam scriptura QVARTE confirmatur. 2) PA Br.; PAVCE Mart. ex coniectura; l PA*rvum*. 3) Ita suo iure supplevit Theodorus Bergk, *Ztschr.* l. l. 4) ORNARIER Br. M. 5) Ita quoque Br.; num AEQ*ue*? — Mihi certe in ectypo chartaceo Q. videbatur apparere.

6238. VIBIA · TETIDIA · L · F — Pescinae(?). Mommsen, I. N. 5546.

6239. Nota Ↄ male explicatur *Gaia*; ea enim in libertorum titulis a domina servos manu missos esse indicatur, ita ut cum Quinctiliano (I, 7, § 28) recte dicere possis: *Gaius C littera notatur, quae inversa mulierem designat, quia tam Gaias esse vocitatas, quam Gaios ex nuptialibus sacris apparet.* Nomen igitur, quod nota Ↄ significatur, ex liberti semper nomine desumendum est, cui praenomen patris dominae dari solebat. Cf. Boeckh, C. I. Gr. 274; Cavedoni, *Museo del Catajo* p. 81; Furlanetto, *lap. pat.* p. 156; da Schio, *lettera sul vero significato della sigla* Ↄ, Patova 1842. — Titulum C · FANNIAE v. corr. apud Furl. *lap. pat.* p. 328, n. CCCLXXXIV; ipse enim Scardeonius versum mutilum litteris C · F explevit. — De titulo Grut. 523, 2 valde dubito; Artoria illa caret cognomine, fratres autem Artorii alter Gaii, alter Marci filii dicuntur, neque facile VISERIVS pro cognomine accipies.

Lucia: de L. Peducea Iuliana cf. 2655. — Grut. 528, 8 temere corr. Orellius; praeterea enim quod *Aurelianus* nomen gentilicium esse nequit, *soror* quoque Aurelia dicitur. — Grut. 627, 9 corr. Mommsen, I. N. 4070. — Grut. 633, 10, corr. POMPONI · A · L · L — Cf. Mur. 840, 1.

6240. LVCIAE ‖ VITELLIAE ‖ Q · ET · SENECILI 1) ‖ L · VITELLI · MATERNI ‖ 7 · LEG · X · GEMINAE · FID · 2) ‖ SEMPRONIVS · STELLA ‖ LEG · X · GEMINAE ‖ CONIVGI · PIISSIMAE · ET ‖ CASTISSIMAE — Aquileiae. *Alterth. d. Oesterr. Mon.* (*Wiener Jahrbb.* 1829 seqq.), n. 199.

1) Q*uae* ET . SENECILL*a*. 2) corr. F*II*.

In titulo n. 2731, v. 7. corr. V · E, collato n. 2695. — N. 2732 = 4269.

6241. *Sergia:* D · M ‖ SER · CORNELIAE · SER · L ‖ SABINAE ‖ SER · CORNELIVS ‖ DOLABELLA ‖ METILLIANVS ‖ NVTRICI ET MAMMVL ‖ B · M · F — In via Ardeatina, ad D. Caesarei. Bull. Inst. Arch. 1842, p. 3; cf. Mur. 1497, 5 et 8: SERGIA · FLA · LVSINIANA cet. et Bull. Inst. Arch. 1845, p. 158.

N. 2735 et 2737 explica SEXT*ia*.

N. 2744, v. 2. OPETREIIAE, Mommsen, I. N. 1602. — De nominibus feminarum, quae formam habent masculinam, cf. Labus, *Marmi Bresciani* p. 28. Iis adde ea, quae neutrius generis sunt. e. g.

6242. C · COCIVS · ƆL ‖ CHRESIMV*s* ‖ NONIA · P L ‖ DIVM — Canusii. Mommsen, I. N. 670.

6243. Ad n. 2746 notandum, cognomen GA virorum quoque esse; cf. TI · VETTIVS · TI · L ‖ PHILARGYRVS ‖ GRAEcIDIA · A · L · GEVMA ‖ A · GRAECIDIVS · GA · ‖ GRATVS · ET · GAMVS · ‖ H · M · H · N · S — Canusii. I. N. 691; alia exempla v. in Indice cognominum eiusdem operis. — Altera eiusdem cognominis forma legitur l. l. 3437 in titulo Neapolitano:

6244. M · VINICIVS · M · L ‖ GAHA ‖ M · VINICIVS · M · L ‖ KAIETANVS · VIX · AN · XV ‖ M · VINICIVS · M · L · FELIX —

6245. De nominibus gentiliciis per compendia expressis antea locuti sumus; hic unum eius rei exemplum attulisse sufficiat propterea mentione dignum, quod saepe falso vv. dd. compendium illud in inscriptionibus invenisse sibi visi sunt, licet primum eius, quod equidem sciam, exemplum plane certum hoc sit:

6246. D · M ‖ I · [1]) SVCCESSA · FEC ‖ SIBI · ET · IVLIAE ‖ LVCIFERAE · FIL ‖ ET · SVIS · LIB · LI‖*b*ERTABVS · POSTE-‖ *r*ISQ · EORVM ‖ *in* · F · P · V · IN · AG · P · IIII — Romae, in V, Aldobrandinorum. Kellermann, Vig. p. 41.

1) I*ulia*.

6247. Quae de generibus nominum gentiliciorum affirmavit Borghesius (*Dipl. di Traiano Decio* p. 67), corrigenda sunt ex iis, quae Mommsenius (*Unterital. Diall.* p. 362; *Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 62) et Aemilius Hübner (*Quaestiones onomatologicae Latinae*, *Bonnae* 1854, 8) nuper exposuerunt. Nomina enim in *enus* exeuntia minime adoptione orta esse, sed adhibita tantum altera adiectivi gentilicii forma a solitis in *ius* differre, creberrima autem in Piceno finitimisque regionibus montanis esse Mommsenius demonstravit. Idem patroni cognomen pro nomine gentilicio a libertis assumptum esse negat, exemplum *M. Drusi. M. l. Philodami* a Labusio perperam explicatum *nuovo raccoglitore* 1831, p. 428), nec *Drusum*, sed *Drusium* verum eius nomen fuisse docens. Ex exemplis a Borghesio adiunctis *Maecenatis* quidem nomen Etruscum gentilicium est, *Paulli* vero a Muratorio (925, 3) ex Ligorianis petitum. Iisdem debetur *Papirianus Placidus* (Mur. 155, 1) in exemplum nominis gentilicii adoptione orti propositus, pro *Aeliano* autem (Grut. 347, 6) *Afilano* scripserunt et Grut. 317, 10, et de Costanzo (*S. Rufino*, *app.* n. 144), ita ut hoc quoque nomen ad patriam *Afilam* revocandum sit. — Omnino constat peculiarem gentiliciorum formam exire in *ius* (*eius*, *aius*, *aeus*, *eus*, Hübner p. 20 seq.), praeterea neglectis nominibus rarioribus, ut *Verres* (*Ber. d. S. Ges. f. W.* 1850, p. 62), aliisque nonnullis aevi posterioris (cf. Hübner, p. 20), has potissimum formas fuisse nominum gentiliciorum:

1) *na*, *ina*, *inna*, *enna* originis Etruscae (l. l. p. 15 sqq.);

2) *enus*, *ienus* originis potissimum Umbricae et Picentis;

3) *acus*, Gallicae, ut videtur, originis (l. l. p. 27 seqq.).

4) Nomen patrium interdum, non mutata forma possessivi, pro gentilicio assumebatur: *Q. Romanus Verecundus*, *M. Acerranus M. f. Aem. Secundus*, *M. Aeserninus Ampliatus*, *M. Albanus Paternus*, *C. Aquileiensis Diadumenus*, *M. Arricinus Clemens*, *C. Bitinicus* (sic) *Prepon*, *L. Coranus Ursinus*, *T. Faesulanus Stator*, *M. Fulginas M. l. Philogenes*, *M. Iaetinus Assianus*, *C. Larinas Atticus*, *P. Ostiensis Thallus*, *L. Suasinas Deuter*, *C. Sentinas Anfiomenus*, *P. Setinus Lupercus*, *M. Suasanus Servatus*, *T. Trebulanus T. f. Cam. Nepos* cett.

6248. De cognominibus in *anus* desinentibus in Annalibus Inst. Arch. 1850, p. 362 sic Borghesius scripsit: „*Quantunque sia notissimo che l'antica maniera romana d'indicarla (l'adozione) fu quella di aggiungere a' nomi dell' adottante il proprio gentilizio allungato in* a n u s, ... *questa terminazione coll' andar del tempo passò forse più frequentemente a denotare la famiglia materna, e dopo Silla ebbe molta voga fra gli adottati il nuovo costume di conservare invece senza mutazione alcuna quello de' propri nomi, per cui si era meglio conosciuto, onde abbiamo nella serie consolare M. Terentius Varro Lucullus cos. a.* 681, *Q. Marcius Rex Vatia cos. a.* 686, *C. Marcius Figulus Thermus cos. an.* 690, *Q. Caecilius Metellus Pius Scipio cos. an.* 702" *ecc.* — Cf. quae idem de nominibus a nomine matris deductis exposuit in dissertatione de consule L. Burbuleio Optato Ligariano scripta, p. 5. — In libertis eiusmodi cognomina Orellius minus recte a nominibus patronorum deducta esse affirmavit; nam ab eorum potius nomine deducebantur, ex quorum manu sive empti sive hereditate ad eum, qui eos manu misit, pervenerant; eodemque modo servi dominum priorem indicant; id quod ipsis exemplis ab Orellio allatis satis elucet; cf. etiam quae ipse adnotavit ad n. 2991.

N. 2757, extr. CONSACRAVIT; vidi ipse in Mus. Vat.
N. 2760 = 2369.
N. 2761: v. 3. EVRYCLI . HERCVLANEO . L . ‖ VIBVLLIO; v. 8. CL (pro CE); SAXAEVRYNTIANO; v. 11. CANDIDATO . AVGG; Ann. Inst. Arch. 1844, p. 47.
N. 2766: v. 5. LIVIA; v. 6. TILLA; male Or. correctius Muratorii exemplum neglexit (1328, 13).
N. 2773: duo vv. priores in fine mutili sunt; v. 1. init. 1. Lersch, C. M. III, 12.

6249. D · M ‖ POMPILIAE ‖ ANTHVSAE ‖ P · NONIVS ‖ PYRAMVS ‖ CONIVGI ‖ BEN · M · FECIT ‖ Q · VOCITATA · ES ‖ ANCHARIA — Romae. *Giorn. Arc.* XXIV, 1824, 73; Eph. litt. Rom. VIII, 24, p. 366.

6250. D · M ‖ FABIA · SPERATA ‖ SALLVSTIS (sic) ‖ AGATHOCLES ‖ O CAE RODIOS ‖ ATOIC *EΠOHCAN*[1]) — Regii Iulii. Mur. 1460, 7; Mommsen, I. N. 6, cet.

1) ὁ καὶ Ῥόδιος αὐτοῖς ἐποίησαν, recte Morisani, Inscr. Regin. p. 126.

6251. Rationem, qua interdum agnomina hominibus indita sunt, hic titulus optime declarat: P · DECVMIVS · M · P · V · L[1]) ‖ PHILOMVSVS ‖ MVS[2]) — Romae in V. Appia. Sub inscriptione murium figurae visuntur. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 313, n. 24.

1) *Marci, Publii, Vibii Libertus.* 2) Agnomen ita ortum esse patet, ut, quum

nimis longum esset cognomen *Philomusi*, per compendium ille *Mus* a popularibus appellaretur.

6252. In titulis honorariis ad recentiorem imperii aetatem spectantibus saepe supra ipsam inscriptionem nomen quoddam proprium legitur, casu plerumque genitivo, interdum dativo, raro admodum vel nominativo vel accusativo positum. De quibus nominibus magna semper inter viros doctos controversia fuerat. Nuper autem Borghesius (*lapida Gruteriana*, p. 43 sqq. *Atti dell' Accad. di Torino vol.* XXXVIII) ad ipsos viros, qui et titulis infra scriptis honorati et statuis supra collocatis repraesentati essent, ea referenda esse demonstravit, illud vero nomen eo loco proponi solitum, quod ceteris magis populo notum fuisset. Ex plurimis exemplis a viro cl. allatis pauca hic commemorasse sufficiet: CRESPINI · *C. Vibius Crespinus*. Mommsen, I. N. 1527; GRACCHI · V · C · *Arrius Mecius Gracchus*, ibd. 109 = Mur. 1117, 1; IVLIANI · *Postumius Iulianus*, Or. 4360; KAMENII · *Alfenius Ceionius Iulianus Camenius*, Odor. Syll. p. 132; TATIANI · *C. Iulius Rufinianus Ablavius Tatianus*, Mur. p. 1019, 2; IVLI · AGRI · TARRVTENI · MARCIANI · V · C, Mur. p. 1040, 2, cett.; CLEMENTIANO · *Pollius Iulius Clementianus*, Grut. 1095, 8 = I. N. 1989; MANNACHIO · *Umbonius Manachius*, I. N. 1115, cett.; MARCELLINVS . *Fl. Cornelius Marcellinus*, I. N. 1425; FILVMENVM, Fabr. 100, 226. — Et in his quidem titulis nomen supra ipsam inscriptionem repetitum ultimum erat in nominum serie; neque tamen semper ultimum nomen ita propositum esse his exemplis evincitur: ACONTII · *L. Ranius Acontius Optatus*, Grut. 463, 4; AGORII · *Vettius Agorius Praetextatus*, ibd. 1102, 2; ANICII · IVN · Annius Manius Caesonius Nicomachus Anicius Paulinus, Grut. 353, 4, qui simpliciter *Anicius Paulinus* dicitur, cett. — Immo nonnunquam nomen supra titulum positum in ipso deinde titulo omittitur: ADELFI · *Clodius Celsinus*, I. N. 1423; AEGIPPI, *L. Mussius Aemilianus*, Mur. 514, 1; ASTERII · *L. Turcius Apronianus* Grut. 476, 4, Mur. 379, 1, quem re vera *Asterium* appellatum esse monumento quodam fratris *L. Turcii Secundi* Borghesius probat, qui omnibus nominibus *L. Turcius Secundus Asterius* dicebatur; cf. Visconti, Mus. Pio-Clem. II, p. 21 cum Murat. 463, 9 et Grut. 192, 3; 1079, 1, cett.

CAPVT. IX.

SERVI. OFFICIA DOMVS AVGVSTAE. LIBERTI.

N. 2789, v. 3. pro TI legendum esse credo Ɛ, *et.*

N. 2811, v. 4. NVTRITO: v. 5. VERNACIO; Venusiae, Mommsen, I. N. 761.

N. 2825, not. 1. *Lucii Nostri.*

N. 2830, v. 1. EVGIBI (sic), i. e. *fugivi*; v. 2. DOMVA THEOD cet., pro DOMVM cet.; v. 3. DOMNVM; ceterum totus titulus uno versu exaratus est. Exstat in R. Mus. Berol., ubi descripsit Iulius Friedlaender.

N. 2834, not. 3. Arriam Rufinam ingenuam fuisse duo nomina demonstrant, neque Veturium Felicem libertum fuisse constat.

N. 2849, spurius; cf. Mommsen, I. N. 43*.

N. 2850, not. 2: Inscriptio Grut. 57, 2 spuria est.

N. 2852, pro VALVRIA I. VALERIA; v. in Mus. Cap.

N. 2855 ab Aldinio, *Marmi comensi* n. 103, ex exemplo Alciati ita refertur, ut lacunas ante CISALPIN et ante TRANSALPIN ille indicet, quas in exemplis vetustioribus adnotatas non esse confitetur.

N. 2859, v. 3. A . FLAM (?); Mommsen, I. N. 3720.

N. 2870: titulus Ligorio teste nititur, eumque suo modo Mur. correxisse videtur; quamquam ne sic quidem bene se habet.

N. 2882 Mommsenius (I. N. 1664) interpolatum esse iudicat, quum priores tantum versus apud Fabrettium legantur.

N. 2884, spurius; ibd. 974*.

N. 2886, nomen hominis fortasse male lectum.

N. 2892, v. ult. IN . F . P . IX . Kellerm. apud. Orell. Anall. p. 39.

N. 2895, fin. AVCTORITAS; nomen est dedicantis, ut *Pietas* cet; cf. ad n. 2745. Mommsen, I. N. 6959.

N. 2896, v. 3. CRISPINII; titulus accentibus distinctus exstat in Mus. Vat.; cf. Kellerm. l. l.

N. 2899, v. 3. alteram N dele; idem l. l.

N. 2902, v. 5. $\overline{\text{CCL}}$; v. ult. CXXXV; Nibby, *Dintorni* II, p. 50.

N. 2906, cf. n. 7191.

N. 2908, spurius; Grutero ded. Boissardus.

N. 2909 = 3539; not. 3. recte Mur., ut ipse Or. admisit ad n. 3539; cf. Plin. N. H. XVI, 44, 91: *est in suburbano Tusculani agri colle, qui Corne appellatur, lucus antiqua religione Dianae sacratus a Latio* cet.

N. 2910: Mur. ex Ligorianis, Don. ex Ursinianis.

N. 2913, v. 1. ALIDIAE . C . L . MYRTALE; fin. DIEB . XV; Mus. Despuig, n. 48.

N. 2917, v. 5: AB . TORIS; Mommsen, I. N. 6903.

N. 2919, cf. n. 798.

N. 2920, v. 1. *d* . M . EVTIC . . .; v. 2. in. V, et fin. XV nunc desunt; v. 4. fin. XX . F; vidi ipse in Mus. Cap.

N. 2922, v. 2. EPICTETVS Cecconi, *St. di Palestrina* p. 18. Lapis rep. in via Praenestina in loco qui dicitur Cavamonte, mutilus nunc in Mus. Vat. exstat.

N. 2925, *dis* MAN, (vel melius fortasse MANIB) STICHO, coniecit Mommsen, I. N. 2908.

N. 2927 = 721.

N. 2930, cf. 2845.

N. 2931, not. 4. l. *accensus de latere*.

N. 2934, in nominibus col. 2, v. 11. pro VER l. LIB; v. ipse in Mus. Cap.

N. 2936 spurius, ut alter titulus Grut. 578, 5; nota nomina, pueros Caeretanos, cet.

N. 2945, ex Ligorio.

N. 2965, not. 2. Kellerm. apud Orell. Anall. p. 40 verbis EX HERMAEO loci et officii definitionem contineri docet; cf. *a sacrario* cet.

N. 2967, v. 2. pro L . FLAVI scribendum esse T . FLAVI apparet.

N. 2970, susp. ex schedis Boissardi.

N. 2972, merito pro spurio habetur.

N. 2973, item spurius.

N. 2983, v. 4. dele AVG; v. 9. IIIII IIIII IIIII; item in v. 10; versus paullo aliter divisi. Vidi ipse Asisii.

N. 2984, v. ult. N . I; inscriptionem mutilam v. Mommsen in R. Mus. Neap., qui ita supplevit: v. 1. D*eum transtiberinae*?; v. 2. EIVSD*em rogatu*, recte; v. 3. OL*las quae*; v. ult. MANCIP*avit*. Accentibus titulus distinctus est. I. N. 6865.

N. 2986, v. 3. PISIANACTE; v. 6. LIB . ADIVT . ARAT CONIVG; Mus. Vat.

N. 3003, suspectus; ex sched. Vat. desumptus in V. Appia dicitur repertus esse.

N. 3005, v. 5. CASTRESIS; Mommsen, I. N. 254.

N. 3019 genuinum puto; similia enim non finguntur.

N. 3031, ita rest. Mommsen, I. N. 4070:

P.LARTIVS.P.L SAVFEIA.Ɔ.L L.LARTIVS.P.F P.LARTIVS.P.F LARTIA.P.Ɔ.L
NEICIA THALEA RVFVS BROCCHVS HORAEA

In versibus legit v. 3. LEIBERTATE et DECORA*r*AT; v. 6. ABSTVLIT; v. ult. omisit PRI . ACPI, quamquam litteras quasdam similes ibi fuisse ex varia auctorum scriptura apparet. Lupulus, cuius scripturam Or. affert, suo more titulum interpolavit.

6253. AVCTVS · L · A · ALLIEN ‖ VETERANI · LEG · VI ‖ EI · SERVIT · AN · XI ‖ ITA · EI · PRO · MERIT*is* ‖ HVNC · TIT · POS · V · A ‖ XXV · NA · IN · SAR · [1]) H ‖ S · E · HIC · ET · HERMIA ‖ *te*STAMENTO ‖ . . . . — In Museo Obitiano Cataii. Furlanetto, *lap. pat.* p. 192, CLXXXVI.

1) SAR*matia*. [imo SAR*dinia*, Mommsen.]

6254. TROPHIMVS ‖ TI · CLAVDI · CAES ‖ AVGVSTI ‖ GERMANICI · SER ‖ DARINIDIANVS ‖ MEMORIAE — Baveni. Labus, *via del Sempione* p. 17.

6255. AMPHION ‖ TI · CAESARIS · AVGVSTI ‖ D*r*VSIANVS · V · F · ‖ SIBI · ET ‖ PRIMAE · CONT [1]) ‖ APHRODISIAE ‖ ANN · VI [2]) — Aquileiae. *Alterth. d. Oesterr. Mon.* (*Wiener Jahrbb.* 1829 seqq.), n. 136.

1) CONT*ubernali*. 2) Numerus videtur corruptus esse.

6256. D M ‖ COMINII [1]) EVSE‖BIA PRIMITIVE ‖ MAMME SVE B M ‖ ET ATHENEVS ‖ COIVX · FECERVNT ‖ PRIMITIVA VALE ‖

BENE VALEAS QVI || ME SALVTAS — Rep. Romae, nunc *Cusercoli.* Borghesio misit Mengozzius.

1) Corr. COMINI*a*. [Malim explicare sic: *Cominii Eusebia et Atheneus fecerunt Primitivo* illius, huius coniugi. Mommsen.]

6257. D M || SITTIAE EVTHY||CIAE · LIBERTAE || ET MAMANI[1]) || SITTI IANVARI PATRo||NI B M F — Puteolis. Mommsen, I. N. 3373.

1) Pro *Mammae.*

6258. DIS · MANIBVS || EVHODVS · ET · EVA||NDER · IMP · DOMITI||IANI · N · SER · TI · CLAV||DIO · EPAPHO · NVTRICIO || SVO · BENE || MERENTI · FECERVNT — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani effosso. Ded. Canina.

6259. PERPETVAM SEDEM NVTRITOR POSSIDES IPSE || HIC MERITVS FINEM MAGNIS DEFVNCTE PERICLIS || HIC REQVIEM FELIX SVMIS COGENTIBVS ANNIS || HIC POSITVS PAPAS ANTIMIO QVI VIXIT ANNIS LXX || DEPOSITVS DOMINO NOSTRO ARCADIO II ET FL RVFINO || VV CC SS NONAS NOBEMB[1]) — Romae, rep. extra portam Salariam a. 1785. Marini, in epistola edita a Tiraboschio, *lett. d'un giornalista*, scripta ad refutandam P. Paoli sententiam, qui sanctum quendam pontificem Felicem II hoc titulo honoratum esse proposuerat (*sanctus, santimius; sanctus, sanctimunium!*). Cf. n. 5466 et 6210.

1) A. 1144 = 392.

6260. ASTE CAE||SARIS · N || SER · VIX . || ANN LV · || FEC · SILVA||NVS NVTRI||CI || B · M || H S E — Uriae. Bull. Inst. Arch. 1836, p. 150; Mommsen, I. N. 572.

6261. D · M || *aeli*AE · GERMANAE · DIVI || *had*RIANI · NVTRICI · ET · AELIO || · · · NO · FILIO · EIVS · INSCRIPSERVNT || *aeli*A · HERMIONE · AELI · FELICIS || · · · INI ·[1]) EORVM · CONIVNX || · · · · EORVM ·[2]) SIBI · LIBERTIS · LIBERTA||*busqu*E POSTERISQVE · EORVM — Romae. Kellermannus exscripsit Borghesio.

1) Fortasse *alu*MNI? 2) Num *et fili* EORVM?

6262. L · AFARIVS || MEMOR || MVMMIAE · ICO||NIO · CONTIBER||NALI · BENE · MERENTI || POSVIT — Potentiae. Mommsen, I. N. n. 395.

6263. M · ACVTIVS || AEGIPÁS || SILICIAE · AGATHÉ || CONTVBERNÁLI — In R. Museo Neap. descr. idem, I. N. 6399.

6264. IVSSIONE || D D D N N N NE || QVIS SERVVM || ALIENVM || SVSCI||PEAT (sic) — In lamina aerea in Museo Fejervariano asservata. Mon. Inst. Arch. 1853, t. L, n. 8.

6265. COLLEGIO || FAMILIAE || PVBLICAE — Venafri. I. N. 4615.

6266. D • M ‖ AGRE • S • P[1]) ‖ FILIÌ ‖ MATRI • OPT — Luceriae. I. N. 965.

1) *Servae Publicae.*

6267. D · M · FELICI · S · P · [1]) MENSORI ‖ . . OTIOFDVI . . . — Ibd. I. N. 983.

1) *Servo Publico.*

6268. D M ‖ MODESTIAE · EPIGONE • ‖ ANIMAE · DVLCISSIMAE ‖ ABASCANTVS · GALLIARVM ‖ DE · SE · BENEMERENTI · FEC — a latere: VIIII · KAL · IVL ‖ M · PLAVTIO · QVINTILO COS [1]) — Romae, in horreis Vaticanis, ubi v. cum Mommsenio.

1) A. 930 = 177.

6269. · · · ERDO ‖ AEMILIANVS ‖ PVBLICVS · CENS — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani reperto. Dedit mihi Campana marchio.

6270. D · M · S ‖ SOTERICHI · PVBLICI ‖ VESTRICIANI · A ‖ BVBLIOTHECE · PORTICVS ‖ OCTAVIAE ‖ STATILIA · ELPIS ‖ CONIVGI · B · M · F · V · A · XXVIII — Ibd. in alio columbario ibidem effosso. Dedit Canina v. c.

6271. DECVRIO[1]) ‖ HIMNVS[2]) ‖ AVRELIANVS ‖ A BYBLIOTHECE ‖ LATINA · PORTICVS ‖ OCTAVIAE ‖ VILLICVS — in eodem marmore: QVINTIA ‖ C · L · ‖ CLARA — Ibd. in columbario priore. Ded. Campana.

1) Sc. collegii. 2) Corr. HYMNVS.

6272. TRYPHERA — in eodem lapide: MONTANVS ‖ IVLIANVS VIII C[1]) ‖ A BYBLIOTHECA ‖ OCTAVIAE · LATINA — Ibd. idem

1) „Sic", Camp.; corr. PVBLIC. [Imo VILIC. MOMMSEN.]

6273. LARYX ‖ *a p*ORTVCV (sic) · OCTAV*iae* ‖ *b*YBLIOTHE · GRAEC — Ibd. id.

6274. ORATO · PVB · FABIANO ‖ AB · OPERA · PVBLICA ‖ FOLIA · TROPHIME · CONIV · ‖ BENEMERENTI · FECIT — Romae, in columbario prope portam Latinam sito. Iahn, Specimen p. 26, 18. cf. 6552.

6275. HIPPOCR‖ATI ‖ PLAVT · VÌLIC ‖ FAMILIA RVST ‖ QVIBVS IMP·‖ERAVIT · MODE‖STE — Teate. Ravizza, *epigrafi di Chieti*, 6 (Amati, *Giorn. Arcad.* 1827, XXXV, 103, p. 67); corr. Mommsen, I. N. 5321.

6276. IVCVNDVS ‖ VILIC ·D · TIB · [1]) ‖ ET CATEIA SVMM-(sic)‖PHERVSA · P · ‖ HELLENIO · IV‖CVNDO · F DV‖LCISS · VIXIT · ‖ AN . $\overline{\text{II}}$ · M · $\overline{\text{III}}$ · ‖ D · $\overline{\text{XX}}$ — Romae, in horreis Vaticanis v. ego cum Mommsenio.

1) Quid sit D . TIB, equidem nescio, nisi Tiberium, quamquam inter deos non relatum, per adulationem hic *Divum* appellatum esse credere licet. [Est D*omus* TI-B*urtinae*. MOMMSEN.]

6277. V ‖ DAMA · STATVLLI ‖ NICINI · VILICAE ‖ VICARIAE · SVAE ‖ ET · SVISQVE ‖ P · Q · [1]) XII — Mutinae. Cavedoni, *Marmi modenesi*, p. 253.

1) *Pedes Quaquaversum.*

6278. D · M ‖ VRBICO VILICO PV‖BLICO · D · O · [1]) CVIVS ‖ MVLTA · B · HABEBAM ‖ Q · AC · ECI · ANNI‖S · XLIIII · SINE VLL ‖ MACVLA VIXIT — Arretii. *Nov. litt. Fior.* 1782, p. 343.

1) *Domino Optimo*? Quae deinde sequuntur, parum intelligo, et ipse lapidem inspicere voluissem. [*Fortasse*: VILICO PVBLICO D*omus* O*stiensis* CVIVS MVLTA *Beneficia* HABEBAM Q*uo*CVM E*g*I ANNIS XLIIII. MOMMSEN.]

6279. VERECVNDO ‖ TROP*h*IMI · PYRAM*i* ‖ COLON · VI*l*ICI · VI*c*AR · *f* ‖ VIXIT · ANN · II · M*e*NS · VI ‖ MANSVETA · AVIA ‖ P — Venusiae. Rest. Mommsen, I. N. 745

6280. D · M · ‖ AELIO · PROBO · AVG · LIB · ‖ AELIVS · IRENAEVS · COM‖ME · [1]) VILLAE · TIBVRTIS [2]) ‖ AMICO · ET · COLLIB · ‖ B · M · F — Tibure. Viola, *Tivoli nel decennio* cet. p. 120; Bull. Inst. Arch. 1849, p. 94.

1) COMME*ntariensis*. 2) Cf. n. 5147. — *Procuratorem villae Alsiensis* habes n. 5144.

6281. C · OBINIVS · C · L ‖ EPICADVS ‖ TREBIA · Ɔ · L · AFRODIS*IA* ‖ HIC · VILICARVNT ‖ ANNOS · XIIII — Atinae. V. Brunnius.

6282. D · M ‖ ONESIMVS · CAE [1]) ‖ VILIC · THERMAR ‖ BYBLIOTHEC · GRA [2]) ‖ CRESCENTI · ALV‖MNO · SVO · VIX ‖ ANN · VIIII · MES · I ‖ B · M · FECIT — Romae. Nov. litt. Flor. 1786, p. 386.

1) CAE*saris*. 2) GRA*ecae*.

6283. D · M · S ‖ PETRONIAE · OCTA‖VIAE · FAMILIA · VRBANA ‖ B · M · F — Luceriae. Mommsen, I. N. 999.

6284. PETRONIA · T · L · ‖ PRIMA · POLLVCIS · ACTARII ‖ CVM · QVO · VIX ‖ ANN · XXXI ‖ CANINIA · L · L · IVCVNDA ‖ POLLVCIS — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani effosso. Ded. Canina.

6285. APONIAE · SVCCESSAE · ‖ Á · TVTVL · ORNATR [1]) ‖ C · BATONIVS · EPIGONVS ‖ ATRIENSIS — TI · LAIVS · PARATVS ‖ Á · CORINTHIS — BLICIO · ABORTENI‖NIO · TRICLINIARCH · ‖ NYMPHE · HAVE · HELI‖VIVS · AVG · LECTICAR — Olim Romae (Grut. 579, 5—7), nunc in R. Museo Neap. Mommsen, I. N. 6841.

1) i. e. *ornatrix a tutulis*.

6286. CN · DOMITIVS · CN · L · AGATHANGEL ‖ SVPRA · BVBAL ‖ IONE · DOMITIAE · BIBVLI ‖ TONSTRIX · GRATIAE · FIL ‖ OLL · D · D — Romae. Doni, cl. VII, n. 295; Mur. 930, 1; cf. Borghesi, *Decad.* XII, 3, p. 17. Sine caussa de hoc titulo dubitat Iahn, Specimen p. 90; similia enim non finguntur.

6287. D · M ‖ ZENAE · BEBI‖AE · CORNELIAE ‖ CELLARIO ‖ IVLIA · EPICHARIS ‖ CONIVGI ‖ B M — Romae, in V. Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 313, n. 28.

6288. PHILETVS · LIVIAE · AMARYLLID · *DISP* · ‖ *E*VTACTVS · TEIDIAE · AVGES · D*ISP* · ‖ HILARVS · P · TETTI · TONTIANI · D*ISP* · ‖ *A*VTOLYTVS · M · FABI · DISP · — ab altero latere: HILARVS · P · TETTI · TONTIANI · DISP · ‖ EVTACTVS · TEIDIAE · AVGES · DISP · ‖ PHILETVS · LIVIAE ‖ AMARYLLID · DISP · — a tertio latere: . . . . *T*EIDIAE AVGES DIS ‖ . . . . . . MARYLLID DIS ‖ . . . . ONTIANI DIS ‖ . . . . *FAB*I DISP ‖ . . . . *I*DIMENS XV ‖ . . . . AVGVSTIS ‖ *haterio agrippa sul*PICIO GALBA COS [1]) — Romae, rep. in foro boario. Fabr. 294, n. 242; cf. Fea, *Fasti* p. 43, n. 15. V. nuper de Rossi v. c. in villa quondam Gangalandi, nunc della Porta in Via Salaria; Ann. Inst. Arch. 1854, p. 31. Quae litteris inclinatis expressi, hodie deperdita sunt.

1) a. 775 = 22.

6289. DIS · MANIBVS ‖ VOLVSIAE OLYMPIADIS ‖ M · LICINIVS · EVTYCHVS ‖ QVI · DISPENSAVIT ‖ VOLVSIO · TORQVATO ‖ LVCI · FILIO ‖ CONIVGI · SANCTISSIMAE ‖ FECIT · ET · SIBI — Romae, in sepulcro Volusiorum rep. Card. *Dipl.* n. 274; Giorn. Arcad. 1831, p. 280.

6290. THALAMVS ‖ M · FVRI ‖ CAMILLI · AB ‖ HORR [1]) — Romae. Iahn, Spec. p. 50, n. 13.

1) AB HORR*eis*.

6291. MA . . . . M ‖ PRIMIGENIVS · L · VOLVSI ‖ SATVRNINI · SER · AB · HOSPITIIS · ET ‖ PAEDAGOG · PVEROR · CHARIDI · CONT · S · B · M ‖ T · IVLIVS · ANTIGONVS · GENER · EIVS ‖ SPVRINNAE · NICENI · TORQVATIANAE ‖ NVTRICI · SVAE BENE · MERENTI ‖ SANCTAE · PIAE · AMANTISSIMAE ‖ FECERVNT · SIBI · ET · SVIS · POSTERISQ · EOR — Romae, in eodem sepulcro quo n. 6289. Card. *Dipl.* n. 522.

6292. IN · FR · P · VIII ‖ M · HORDIONIVS · PHILARGVRVS ‖ V LABEO · LANTERNARIVS ‖ V FLAVIAI · C · L · PHILVMINAI · VXORI ‖ ET SVIS ‖ IN · AG · P · VIII — Capuae. Mommsen. I. N. 3740, ubi v. ceteros.

6293. C · GARGILIVS · HAEMON · PROCVLI ‖ PHILAGRI · DIVI · AVG · L · AGRIPPIAN · F ‖ PAEDAGOGVS · IDEM · L [1]) ‖ PIVS · ET · SANCTVS ‖ VIXI QVAM · DIV POTVI SINE LITE ‖ SINE · RIXA · SINE · CONTROVERSIA ‖ SINE · AERE · ALIENO · AMICIS · FIDEM ‖ BONAM · PRAESTITI · PECVLIO ‖ PAVPER · ANIMO · DIVITISSIMVS ‖ BENE · VALEAT · IS · QVI · HOC · TITVLVM ‖ PERLEGIT MEVM — Romae, in columbario prope S. Agnetis extra muros rep. Cardinali, *Dipl.* 24; *Giorn. Arc.* XIII, 1822, p. 116.

1) Fuit igitur Gargilius paedagogus Proculi, qui filius erat Philagri, liberti Divi Augusti, Agrippae antea servi. Ipse autem libertus quidem erat, sed Gargilii cuiusdam; nam si Proculi libertus fuisset, Iulio ei nomen foret. [At diserte titulus Gargilium dicit Proculi libertum; potuitque sane Iulii Philagri filius appellari Gargilius Proculus, si non iustis nuptiis natus erat. Mommsen.]

6294. GEORGIAE ‖ CONSERVAE ‖ V MARSVA · PONDER[1]) ‖ V EPAPHRA · SALTVAR ‖ V [2]) CONIVGES · FECER ‖ V EPAPHRIONI · PONDER ‖ V ORINÉ V DELPHIDI ‖ FILIIS ‖ V CLAVD · ARIADINE (sic) CLAVD ‖ V HELPIDI · FILIAE [3]) — *Lesinae* in agro Teanensi Apulo. Gervasio, *iscr. Sipont.* p. 45; Mommsen, I. N. 5195.

1) PONDERarius. 2) *Vivi* hoc loco delendum esse recte, ut videtur, suspicatur Mommsenius. 3) FILIAB? M.

6295. HIC · GELADINVS ‖ SECTOR · HIC · SITVS ‖ TVS (sic) — In R. Museo Neap. Mommsen, I. N. 6704.

6296. DIS · MANIBVS ‖ TIBVRTIAE ANYTES ‖ BOTRYS · Q · N̄ · SPECVLAR ‖ CONTVBERNALI · BENE‖MERENTI · ET · SIBI — Romae, rep. in sepulcro Volusiorum. Cardinali, *Dipl.* n. 262.

6297. HERACLAE · ASINIAE · AGRIPPINae ‖ CELERIS · [1]) FILIAE · STRATORI ‖ VIX · ANN XXX ‖ PISA · AGRIPPINAE · VESTIP · · · [2]) ‖ *coni*VGI · BENE · MEREN*ti* — In R. Mus. Neap. in Borgianis, Roma allatus. Cardinali, *iscr. ined.* n. 364; Mommsen, I. N. 6872.

1) Asinius Celer consularis, Plin. N. H. IX, 31, 17. Filius fuit C. Asinii Galli et Vipsaniae Agrippinae; cf. Drumann, *Gesch. Roms.* II, p. 14. 2) VESTIP*lica*.

6298. TI · CLAVDIVS · HERM*a* ‖ STRATOR · PECVLIARI*s* ‖ CLAVDIAE · SECVNDAE · CONTVBERNALI · CARISSIM*ae* — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani rep. Iahn, Spec. p. 29, n. 15.

6299. CASTVS · FRONTONIS ‖ TABVLARI · DELICIVM ‖ VIX · ANN · III · MENS · IV — Ibd. in alio columbario. Ded. Canina.

6300. LVCRIO ‖ COCEI ‖ TOPIARIVS — Rep. Romae, nunc *Cusercoli*. Borghesio misit Mengozzius.

6301. DEO INVIC ‖ PRO SALVTE ‖ ET · INCOLVMITAT · PAMPHi‖LI · DISP · AVGG · N̄N̄ ‖ FORTVNATVS ‖ ARCARIVS — Salonae. Lanza, *lap. Salonitane*, n. II.

6302. T · AELIVS · AVG · LIB · PRIMITIVVS ‖ ARCHIMAGIRVS · ET ‖ AELIA · AVG · LIB · TYCHE · COIVNX ‖ FECERVNT · SIBI · ET · SVIS · LIBERTABVSQ · ‖ POSTERISQ · EORVM ‖ CVSTODIA · MONIMENTI INHABITANDI · NEQVIS · INTER‖DICERE · VELLIT · QVOD · SI · NEMO · DE · HAC · MEMORIA · NOSTRA ‖ EXISTERIT · PERTINERE · DEBEBIT · AD · COLLEGIVM · COCORVM ‖ AVG · N · QVOD · CONSISTIT · IN · PALATIO · QVOD · NEQVE · DONARI ‖ NEQVE · VENIRI · PERMITTIMVS · QVOD · SI · QVIS · CONTRA ‖ LEGEM · SS · [1]) FECERIT · DARE · DEBEBIT · CORPORI · QVI · SVNT ‖ IN · HAC · STATIONEM · HS · L · M · N — Romae, in vinea quondam Amendola. Card. *Dipl.* 410.

1) *Supra Scriptam.*

6303. NYMPHICVS ‖ AGRIPPINAE · GERMANICI ‖ AB ARGENTO — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani sito. Ded. Canina. Cf. TI · IVL · AVGVSTI ‖ L · CRAENO · AB ‖ ARGENTO · PATER — Ibd. id.

6304. ANTHVS · AD ‖ ARGENTVM ‖ POT · [1]) L · CAESARIS — ARCHELAVOS ‖ M · CONSIDI · ET ‖ CONSIDIARVM ‖ VIX · AN · VI — Olim Romae, nunc in R. Museo Neap. Grut. 582, 6; Mommsen, I. N. 6839; cf. Grut. 583, 3 = I. N. 6835: D · M · S ‖ T · AELIVS · AVGVSTORVM · LIB · A‖MEMPTVS · AB ARGENTO · SCAENI‖CO cet., et hunc titulum in columbario Romano paucis ante annis repertum: HERACLIDA ‖ MARCEL · ARG — (De hac Marcella cf. n. 5371 sq.)

1) POTorium.

6305. ZIZES · AVG ‖ ATRESIS · [1]) NATIONE ‖ LYCAO · V · A · L · POSV ‖ MOERIS · CONSERVA — Surrenti. Mommsen, I. N. 2140.

1) i. e. *atriensis*.

6306. IVLIA · ACCIA ‖ MATER ‖ CALLISTHENIS · TI · CAESAR ‖ AVG · A · BYBLIOTHECE ‖ LATINA · APOLLINIS ‖ ET · DIOPÍTHIS · F · EIVS · A · BYBLIOT ‖ LATINA · APOLLINIS ‖ VIX · AN · XLVIII — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani nuper detecto. Ded. Canina.

6307. ALEXANDER · C · CAE‖SARIS · AVG · GERMANICI · SeRV ‖ PYLAEMENIANVS · AB · BYBLI‖OTHECE · GRAECA · TEMPLI · APOLLI‖NIS · VIX · ANNIS · XXX — Ibd. id.

6308. ANTHVS · AVG ‖ A · CORINTHÍS ‖ SIBI · ET · SVIS — I. N. 2128.

6309. TI · CLAVDIO · AVG · L ‖ DIOSCORO A CENA ‖ CENTVRIONVM ‖ TESTAMENTO ‖ POSVERVNT ‖ EVARISTVS · ET · THALAMVS ‖ CONLIBERTO · B · M — Romae, in Mus. Cap. Murat. 895, 1; Guasco, n. 236; v. ipse.

6310. LALEMVS · AVG · CIRCITOR · ‖ NATIONE · LYCAO · DONATO ‖ FILIO · ET · SIBI · ET · SVIS · FECIT — Surrenti. Mommsen, I. N. 2139.

6311. *a*SCAN*io* ‖ *ca*ESARIS · AV*g* · *lib* ‖ *ant*IOCHIANO · A · CO*dicillis* [1]) ‖ · · A · FAVSTA · VXO*r* · · · · ‖ · · T ‖ *in fr* P · XVI INA*g* · · · · ‖ · · · YRNE MERITAE SACERDOTI · · — Romae, in V. Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 314, n. 35.

1) Vel *a* CO*rinthiis*, CO*piis militaribus* cet.

6312. D · M ‖ CRESCENTI · VERNAE ‖ CAESARIS · N̄ ‖ CVBICVLARIO · STATIONIS · II ‖ VIX · AN · XXVII ‖ MENSIBVS · XI · DIEBVS · XI — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani effosso. Ded. Canina.

6313. D · M ‖ SALVIANVS · AVGG ‖ NN · VERNA · DISP · AV‖REL · IVLIAE COIVGI ‖ BENEMERENTI FECIT — Exstat in R. Museo Borbonico. Cardinali, Iscr. ant. ined. n. 156. Mommsen, I. N. 6899.

6314. SEPTIMVS ‖ IMP · TRAIANI ‖ CAESARIS · AVG ‖ GERM · DACICI ‖ SER · DISP · CLASSIS ‖ FLAVIAE · CARAE ‖ CONIVGI · SANCTISSIMAE — In R. Mus. Neap. Mommsen, I. N. 2652. Spectat ad classem Misenatem.

6315. PRO SALVTE ‖ IMP · CAESARIS AELII ‖ HADRIANI ANTONINI · AVG PII P P ET M · ALLI (sic) AVRELI CAESARIS · N ‖ GENIO COLONIAE · PVTEOLANORVM ‖ CHRYSANTIIVS (sic) AVG DISP A FRVMINTO (sic) ‖ PVTEOLIS ET OSTIS ‖ L D DECVRIONVM PERMISSV — Rep. Puteolis, nunc Neapoli in aedibus Francavilla. Mur. 892, 10; Mommsen, I. N. 2464 cet.

6316. M · IVLIO · SP · F · PIETAT*i* ‖ EPELYS · TI · CLAVDI · CAESARI*s* ‖ AVG · DISP · MATERNVS · AB ‖ AEDIFICIS · VOLVNTARIS [1]) — Romae, in V. Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 314, n. 36.

1) *Dispensator maternus* is est, qui, quum matri Claudii Augusti antea dispensasset, in ipsam domum Augustam transierat. Habemus apud Mur. 914, 3: PRIMVS ‖ TI. CAESAR. MATERN ‖ AQVAR; ita ut agnomen *materni* eodem modo servis et libertis datum esse appareat, quo agnomina in *anus* desinentia priorem dominum indicasse constat; cf. n. 6248. De *aedificiis voluntariis* nihil habeo, quod proferam.

6317. AEPOLO ‖ IMP · AVG · DISP ‖ GALBIANO ‖ GEMINIA · FELICIA ‖ CONIVNX · ET ‖ C · GEMINIVS · SPES · F ‖ B · M · POSVERVNT — Romae. Ex Cod. Vat. n. 5241, p. 258 exscr. Mommsen.

6318. B · MACROBIO · XEVGNVCHO · PALA M [1]) ‖ TINO · CENTENARIO · FL · FIRMIVS · VIR ‖ DVCENARIVS · B · M · TITVLVM · POSVER ‖ QVI · VIXIT · AN · LXX · M · VIIII · DIE · XX · FL · CARIIITOSVS · ET · ROMANVS · LIBERTVS · CONTRA · ‖ VOTVM · POSVERVNT · RECESSIT ‖ DE · SECVLO · FIDELIS · IN · PACE ‖ DEPOSITVS · ☧ · III · KALENDAS · SEPTEMBRIS — Aquileiae. *Alterth. d. Oesterr. Mon.* (*Wiener Jahrbb.* 1829 sqq.) n. 136; Bull. Inst. Arch. 1833, p. 37.

1) Coniunge primam et ultimam versus litteras: *Bonae Memoriae*; X ni fallor est ☧. Habes igitur *eunuchum Palatinum, centenarium* fortasse *agentium in rebus*; Kellerm. Bull. l. l.

6319. D · *m* ‖ L · DO*mitio* · *l* · *l* · ‖ HELIODORO · . . . ‖ DOMITIVS · PHILETVS ‖ INTERPRES · AVG · N ‖ EDVCATORI ‖ DIGNISSIMO FECIT — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani rep. Dedit marchio Campana.

6320. DIS · MANIBVS ‖ ADIVTORIS ‖ VIXIT · ANNIS · XI ‖ ATHENAIS · EPAPHRODITI ‖ NERONIS · CAESARIS · AVGVSTI ‖ A IVMENTIS · FILIO CARISSIMO FECIT — Olim Velitris, nunc in R. Mus. Neap. Mar. Arv. p. 176; Mommsen, I. N. 6834.

6321. D · M ‖ GALERIAE · CLAVDIAE ‖ QVAE · VIX · AN · XVII ‖ P · M ‖ GALERIVS ANTHOPHORVS ‖ AVG · [1]) LIB · ADIVTOR ‖ A · LAGONA · [2]) LIB · ET ‖ CONIVGI · B · M · ET · SIBI ‖ POSTERISQVE · SVIS — Romae. Amatius misit Borghesio.

1) Intellige AVG*ustae*, sc. Galeriae Faustinae Antonini Pii. 2) Cf. n. 794.

6322. DIS · MANIBVS ‖ T · FLAVIVS · AVG · L · ZOSIMVS · LANIPENDVS ‖ CAESARIS · N · ET · ANDRONICAE · 1) CAESARIS ‖ N · VERN · ET · A · CERVIVS · HERMES ET ‖ LVCCEIA · VENERIA · ET ‖ PRIMVS · CAESARIS · N · VERN · SIBI · POSTERISQ ‖ SVORVM — Labusius dedit Cardinalio, qui, ubi titulus repertus sit, non refert; *Dipl.* 251.

1) Corr. ANDRONICE.

6323. ANTIOCHVS · IVLIAE ‖ DRVSI · CAESARIS · 1) SVPRA ‖ LECTICARIOS · FECIT ‖ CLAVDIAE · CEDNE ‖ CONIVGI · SVAE · FECIT (sic) — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani effosso. Ded. Canina.

1) sc. filia. [Dubito; fortasse IVLIAE hic idem valet quod alibi IVLIANVS. Mommsen.] Est Drusus Ti. Caes. Aug. f.

6324. SOTERICVS · ARC ‖ AVG · CAES · LVCER 1) ‖ EMPT · DE · PINARIO · RVFO ‖ OL · QVAE · FVIT · PORCI ‖ PHILARGYRI — Romae, in alio columbario prope portam D. Sebastiani rep. Iahn, Specimen, p. 31, n. 38. Vidit et emendavit Mommsen.

1) LVCER*narius*? cf. 6292. [At quomodo hoc coniungitur cum ARC*ario*? Mihi est cognomen alterum servorum Caesaris, LVCER*inus* vel eiusmodi quid. Mommsen.]

6325. EPINICVS · CAESAR · SER ‖ AMYNTIAN · MEDIAST 1) ‖ IVLIA · NYSA · DE · SVO · FECIT — Olim Romae, nunc in R. Museo Neap. Grut. 577, 5; Mommsen, I. N. 6869; cf. 6833 = Mur. 985, 5.

1) *Mediastinus*; cf. Forcell. lex. s. v.

6326. P · AELIO · AVG · LIB · EPAPHRODITO ‖ MAGISTRO · IATROLIPTAE · 1) PVERORVM ‖ EMINENTIVM · CAESARIS · N ‖ QVI · VIX · ANNIS · XXX · CONIVGI ‖ NICOPOLIS · CAESARIS · N · ET · SOTER · FILIVS · PATRI · *bene*MERENTI ‖ FECERVNT · ET · SIBI · ET · SVIS · LIB ‖ LIBERTABVS · POSTERISQVE · EORVM — Romae. Doni VII, 1; Mur. 884, 4.

1) Corr. IATRALIPTAE.

6327. DASCYLVS · TI · AVG · MINISTRAT ‖ IVLIAE · NEBRIDI · AVGVSTAE · PEDIS ‖ COIVGI · CARISSIM · LOCVM · SEPVLCRI ‖ SIBI · ET · SVIS ‖ IVLIA ACTE — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani detecto. Ded. Canina.

6328. AVRELIO · SYM‖PHORO · AVG · LIB ‖ OFICIALI (sic) · VETERI · A MEMO‖RIA · ET · A DIPLOMATIBVS ‖ EXORNATO · ORNAMENT ‖ DECVRIONALIBVS ‖ ORDO SPLENDIDISSIM · ‖ CIVI · ‖ OB · AMOREM · ET · ‖ INSTANTIAM · ERGA · ‖ PATRIAM · ‖ CIVESQVE — Neapoli. Mur. app. 5, 3; Mommsen, I. N. 2626, ubi v. cett.

N. 3157: recte ab Hagenbuchio ad aetatem Antonini Pii refertur, cf. n. 3422; not. 2. *Primi*P*ilus*.

N. 3158: M . GAVI*o* ‖ MAXIMO ‖ PRAEFECT*o* ‖ PRAETOR*io* ‖ L . CAMMIV*s* ‖ SECVND*us* ‖ P . P . PRAEF . LEG . . ‖ PROC . AVG ‖ AMICO — Seccaviae. Kellerm. Vig. 118, not. ex *Alterthth. d. Oestr. Mon. (Wiener Jahrbb.* 1829 sqq.), n. 298.

N. 3159, v. 2. V C . ; vidi ipse in Museo Florentino.

N. 3160, v. 8. ADQVE; v. ult. CONLOCARIQVE; Kellerm. Vig. n. 264. Versuum ordinem aliasque res minoris momenti de consulto non adnotavi.

N. 3162, v. penult. COLLIGEVS Mommsen, I. N. 2502; COLLEGEVS Gervasius, *iscr. di Mavorzio*, in quo libello aeri titulum incidit. De ipso viro cf. Borghesium apud Gervas. op. cit. p. 14 sqq. et nostrum n. 6481; de *Decatrensibus* verum invenit Minervinius (*Mon. ined. di Barone* I, p. 43: *nuove osservazioni intorno la voce Decatrenses*, Neapoli, 1852, 4), ad *Δεκάτερα* Delmatiae, quae *Decadaron* geographo Ravennati, nunc vero *Cattaro* dicuntur, collegium illud referens, quod negotiandi caussa Puteolis consistebat.

N. 3163: init. deest MAVORTI . IVN; pro *Dekatrenses* l. DECATRENSES; Mommsen, I. N. 2504.

N. 3169: v. 5. corr. CREPEREIVS; cf. n. 6480.

N. 3171: versus duo priores iam non leguntur in marmore; videntur autem in tabula insculpti fuisse dextero lapidis lateri immissa, cuius foramen adhuc exstat: v. 3. T . ARRVTENII; v. 4. T . ARRVTENIO; $\overline{VC}$; v. 6. PICENI ANNO; fin. OPTVLI pro *posui*; Kellerm. apud Orell. Anall. epigr. p. 40.

N. 3172: in latere sinistro: DEDICATA . XI . KAL . MAI ‖ GALLO . ET . FLACCO . COS, i. e. anno p. Chr. 174.

N. 3173: spurius; Borghesi, *sull' età di Giovenale* p. 10, ex *Giorn. Arcad.* tom. CX.

N. 3174, v. 2. pro *aug.* l. V. C; v. 3. IVRID; v. 12. corr. IVRIDICAT? cf. n. 3177. Tonini, *Rimini* p. 364; pertinet ad tempus Gallieni; cf. n. 3392.

N. 3176, v. 1. C . F; omissus est v. 2. SILVESTRI . P . P; v. 3. PATR.; v. 6. ALLECTO; cf. *Atti dell' Accad. pontif.* IV, p. 129; Bull. Inst. Arch. 1845. p. 184.

N. 3177: v. 4. FLAMN; v. 11. FABR; Tonini, *Rimini* p. 363, 74.

N. 3178. a Grutero auctoritate Lipsii et schedarum Ursinianarum firmatur, a Muratorio autem ex Ligorio affertur; unde nulla ei a Mommsenio fides habetur; *Epigr. Anall.* 22 *(Ber. d. S. Ges. d. IV.* 1852*)*, p. 247. Neque tamen plane inter spurios ablegandum titulum esse prae ceteris officium *IIII. milit.* mihi persuadet, quod singulare antea et inauditum nunc in altero quodam monumento legitur; v. n. 6827.

N. 3180, v. 1. M . F; v. penult. 7 . FR, i. e. *centurio frumentariorum.* Vidi ipse in Mus. Cap.

N. 3183; cf. ad n. 3151.

N. 3187: ante IMP . CAES supple *auctore.* Pertinet inscriptio ad Cornelium Palmam; nam posita est inter a. 856 et 867, quorum altero Dacici, altero Optimi nomen Traianus assumpsit. Quibus annis quum bella tantum Dacicum et Arabicum gesta sint, illi autem gerendo ipse Traianus praefuerit, hic de Arabico agi patet. Cf. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1846, p. 342.

N. 3189, init. pro *ti* l. FL; v. ult. EX P . PRET . FIE.

N. 3191: v. 1. BABVRIO; post PRAEFECTO . PRAETORIO delendum videtur esse illud IVDICI TERTIO. De iis, quae varie in variis editionibus leguntur, cf. Mommsen, I. N. 2618.

N. 3194: v. 2. EX . COM — Vidi in Museo Capitol.

6471. FL · SALLVSTIO · V · C ‖ CONS · ORDINARIO · 1) ‖ PRAEF · PRAET · COMITI · ‖ CONSISTORII · VICARIO · ‖ VRBI · ROMAE · VICARIO · ‖ HISPANIARVM · VICARIO ‖ QVINQ · PROVINCIARVM · 2) ‖ PLENO · AEQVITATIS ‖ AC · FIDEI · OB · VIRTVTIS ‖ MERITORVMQ · GLORIAM ‖ MISSIS · LEGAT · IVS · SAC · 3) ‖ HISPANIAE · DICAVERVNT · ‖ a latere: DEDICATA V · KAL · IVN · ‖ DIVO · IOVIANO · AVG · ET · VARRONIAN*o* ‖ COSS · 4) — Romae, in Foro Traiani. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 142.

1) cos. a. p. Chr. n. 363. 2) De *quinque provinciis* (Galliae) contra Gothofr. ad C. Th. XVI, 10, 15 disputavit nuper Böcking, ad Notit. dign. occ. XXI p. 470* sqq., easdem eas fuisse asserens, quas *septem provincias* ab aliis appellatas videmus. Eius enim ex sententia ita dicebantur *Alpes maritimae, provincia Narbonensis (prima et secunda), Viennensis, Novempopulana, Aquitania (prima et secunda). Vicarius per Gallias septem provinciarum* est in titulo n. 6910. 3) IVS*sione* SAC*ra.* 4) A. p. Chr. n. 364.

6472. FLAVIO · PLACIDO ‖ SEVERO · V · C · PRO · COS · ORIENTIS ‖ PROV · AFRICAE · ET · V · S · 1) IVDICANTI ‖ PRAEF · VRBI · ET · V · S · IVDICANTI · ITE‖RVM · COMITI · ORD · PRIMI · INTRA · PA‖LATIVM · PRAEF · PRAET · CONSVLI · ORDO 2) ‖ PLACIDVS · SEVERVS · V · C · FILIVS · PATRI · RELIGIOSO ‖ ET · ANTONIA · MARCIANILLA · C · F · NVRVS ‖ SOCERO · SANCTISSIMO — Fea, *Fasti* n. 55, ex Ms. Chisiano.

1) *Vice Sacra.* 2) l. ORD(*inario*); cos. a. 481.

6473. FL *u* OLBI AVXENTI DRAVC*i* ‖ FL · OLBIO AVXENTIO DRAVCO V C · ET INL · PATRICIAE FAMILIAE ‖ SENATVS MVNIS PROMPTA DEVOTIONE PERFVNCTO ‖ COMITI ORDINIS PRIMI ET VICARIO VRBIS ROMAE COMITI ‖ SACRI CONSISTORII PRAEFECTO VRBIS ROMAE 1) OB EGREGIA ‖ EIVS ADMINISTRATIONVM MERITA QVAE INTEGRITATE ‖ CENSVRA ET MODERATIONE ITA VIGVERVNT VT SVBLIMISSI‖MAE POTESTATIS REVERENTIAM HONORIFICA EIVS AVCTO‖RITAS CVSTODIRET

ET HVMANITATEM AMABILIS CENSVRA ‖ SERVARET PETITV· SENATVS AMPLISSIMI QVI EST IVSTVS ‖ ARBITER DIGNITATVM EXCELLENTIBVS ET MAGNIFICIS ‖ VIRIS LEGATIONE MANDATA VT INPETRATORVM DIGNI‖TAS CRESCERET QVAE PARIBVS STVDIIS AMORE IVSTITIAE ‖ ET PROVIDENTIAE DESIDERABANTVR · DD NN · FF · LL · ‖ THEODOSIVS ET PLACIDVS VALENTINIANVS INVICTI ‖ AC TRIVMFATORES PRINCIPES SEMPER AVGVSTI · ‖ AD REMVNERATIONEM TITVLOSQVE VIRTVTVM QVIB · ‖ CIRCA REMPVBLICAM EXIMIA SEMPER PROBITAS ‖ INVITATVR STATVAM AVRO FVLGENTEM ERIGI ‖ CONLOCARIQVE IVSSERVNT — Romae, rep. a. 1852 in fundamentis aedium Savorelliorum, sed olim in foro Traiani collocatam fuisse basim docet de Rossi, qui edid. in Bull. Inst. Arch. 1852, p. 182 sqq.

1) A. 441 (l. l.); quum vero anno 445 denuo ut praefectus commemoretur *geminisque* dicatur *fascibus comprobatus*, ante annum 445 statua ei erecta est; l. l.

6474. L · VOLVSIO · *l. f. saturnino* ‖ COS[1]) AVG · SO*dali augustali* ‖ SODALI · TITIO · *praef. urbi*[2]) ‖ LEG · PROPR · TI · *caesaris aug* — Venetiis. Rest. Borghesius, *Giorn. Arcad.* XLIX, 1831, p. 280 seqq.; ex eo Cardinali, *Dipl.* n. 275.

1) Suff. a. 756 cum P. Silio. 2) Plin. N. H. VII, 14, 62; XI, 38, 223; cf. Tac. Ann. XIV, 56; XIII, 30.

6475. ASTERII ‖ L · TVRCIO · SECVNDO · C · V ‖ FILIO · L · TVRCI · APRONIANI · C · M · V[1]) ‖ PRAEF · VRBI[2]) NEPOTI ‖ L · TVRCI · SECVNDI · C · M · V ‖ CONSVLI · PRAETORI · QVAESTORI ‖ COMITI · AVGVSTORVM · CORRECTORI ‖ PICENI · ET · FLAMINIAE · ELOQVENTIA ‖ IVSTITIA · INTEGRITATE · AVCTORITATE ‖ PRAESTANTI · IN · OMNI · DENIQVE ‖ VIRTVTE PERFECTO · ORDO ‖ SPLENDIDISSIMVS · AMITERNINAE ‖ CIVITATIS · OB INSIGNEM · ERGA SE ‖ AMOREM · PATRONO · DIGNISSIMO ‖ STATVAM · EX AERE ‖ POST ADMINISTRATIONEM ‖ AD PERPETVI NOMINIS ‖ GLORIAM DEDIT[3]) — Romae, in Mus. Vat., ubi vidi. *Novell. lett. Fior.* 1780, p. 549.

1) *Clarissimae Memoriae Viro.* 2) A. 339. 3) Fratris Turcii Aproniani titulum habes n. 1100. Ipse autem Turcius Secundus Asterius commemoratur in n. 1099, quo Constantii et Constantis aetate eum vixisse docemur.

6476. *illu*STRI VIRO ET OMNIVM RETRO PRAEFECTO‖*rum i*NDVSTRIAM SVPERGRESSO ATTIO INSTEIO TERTVLLO ‖ *quaestori · k · prae*TORI · K · CONSVLI · CORRECTORI ‖ *venetiae et histriae*[1]) PRAEPOSITO · FABRI‖*cae*[2]) *praefecto urb*IS ROMAE[3]) ‖ · · · · · · · · · · · · · · · ‖ INOPIA · IN · · · · · · · · · · · · · · · · ‖ MISERIAE ATQVE INCOMPARA*bili* · · · · *in* ‖ APERTVM PERICVLVM PRORVEBANT RECREA‖TAE ATQVE CONFOTAE REDDITIS PRISTINIS ‖ VIRIBVS CONVALESCERENT ET AETERNVM ROBVR ‖ ACCIPERENT ATQVE EIVS AEGREGIA FACTA ET IN SE ‖ MVNIFICENTIAM SINGVLAREM CORPVS MAGNA‖RIORVM[4]) GRAVI METV ET DISCRIMINE LIBERATVM ‖ EI STATVAM AERE · IN-

SIGNEM LOCAVIT ‖ CVRANTIBVS ‖ FLAVIIS RESPECTO · PAN-CKARIO SABINIANO PALASS[5] ‖ ET FLORENTIO VV · P · P · P · P · CORP · MAG · [6] DIGNO · PAT — Basis magna, rep. Romae anno 1776, nunc in Mus. Vat., ubi vidi. Fea, Fasti n. 49, apud quem v. ceteros.

1) Cf. monumentum Patavinum ab eodem Tertullo dedicatum Maximiano Augusto (Or. 1050). 2) sc. armorum; cf. Notit. dign. Occ. c. VIII; Or. c. X, ubi fabricae recensentur, quae sub dispositione *magistri officiorum* erant; Gothofr. ad C. Th. VII, 20, 10. — *Tribunus fabricarum* est apud Amm. Marc. XIV, 7, 18; XV, 5, 9; *praepositus fabricae* XXIX, 3, 4. Neque vero uni cuidam fabricae Tertullum consularem praefuisse credo, quod munus erat *viri perfectissimi* (cf. Grut. 283, 4), sed omnibus fabricis unum eum praepositum fuisse censeo. 3) A. 307; cf. Corsini p. 163; Fea et Furlanetto ll. ll. 4) Magnarii sunt negotiatores magni; cf. 4074; 4264 cett. 5) [PALASS, quod ex continua oratione eximendum videtur esse, fortasse est *Principis Auctoritate Loco* ASS*ignato*. MOMMSEN.] 6) *Viris Perfectissimis PraePositis* CORP*oris* MAG*nariorum*.

6477. *t*ANAVCIVS · SFA‖LANCIVS · VC · PRAE‖FECTVS VRBI VICE ‖ SACRA ITERVM ‖ IVDICANS CVRAVIT [1] — Romae, rep. in Aventino. Bull. Inst. Arch. 1832, p. 153.

1) De eius aetate nihil constat; sed Borghesius l. l. eundem eum esse suspicatus est cum Phalangio consulari Baeticae, qui vixit sub Valentiniano I; cf. Amm. Marc. XXVIII, 1, 26.

6478. PRO BEATITVDINE TEMPORVM ‖ FELICITATEMQVE PVBLICI STATVS · IMP ‖ D · D · D · N · N · N · THEODOSI · ARCADI ET HONOR ‖ PERENNIVM · AVGVSTORVM ‖ RIPAM MACELLI DEXTRA LEBAQVE ‖ AD GRATIAM · SPLENDOREMQVE ‖ CIVITATIS PVTEOLANAE INSTRVCTVM (sic) ‖ DEDICAVIT · FABIVS · PASIPHILVS · V · C · ‖ AGIS (sic) · VICEM PRAEFECTORVM PRAETORIO ‖ ET VRBI [1] — Rep. Puteolis, nunc in R. Museo Neap. Mommsen, I. N. 2500. In fine tituli hinc corona, illinc palmae ramus.

1) Titulum post XII. Kal. Dec. anni 393 et ante IV id. Ianuarias anni 395 exaratum esse Augustorum mentione constat; illo enim die Honorius Augustus nominatus est, hoc Theodosius decessit. Iam vero Eugenius tyrannus a. d. VIII id. Sept. demum devictus est, neque ante mortem eius imperatores orientis in monumento Puteolano commemorare licebat. Hinc apparet, inter dies VIII. id. Sept. a. 394 et IV id. Ian. a. 395 monumentum positum esse. Pasiphilus autem, qui officio plane singulari utriusque praefecti vices egit, statim post victoriam a Theodosio Romam missus erit, ut remotis Eugenii praefectis eorum munera pro tempore ipse susciperet; cf. Borghesium et I. B. de Rossi, *Bull. Nap. nuova serie* II, p. 150 et p. 154.

6479. *imp* · *ca*ES · DIVI · AN*tonini* · *pii* ‖ *fil* · *div*I · HADRIAN*i* · *nep* · *divi* ‖ *traia*NI · PARTH*ici* · *pronep* ‖ *divi* · *n*ERVAE · A*bnepoti* ‖ *l* · *aurel*IO · VERO · AV*g* · *armen* ‖ *parthi*CO · MAX · M*edico* · *tr* · *p* · ‖ *vi* · *imp* · *i*V · COS · II · DES · *iii* · [1] *procos* ‖ *pro*PAGATORI · *imperii* · *romani* ‖ *codica*RI · NAVICVLA*ri* · *infernates* ‖ *cur* · · · · · M · F · PALATIN*a* · · · · · ‖ · · · · · *pr*AEF · ANN*onae* ‖ *curam* · AGENTIBVS · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · Q · ATINIO · Q · F · · · · · · · ‖ · · · · · ORIO · M · F · AR*n* ‖ *cur* · *an*N · IIII · [2] C · MESS*io* · · · ‖ · · · · · O · L · F · HELIOD*oro* — Rep. ad turrem Amarantianam in V. Appia, nunc Romae, ubi vidi. Annal. Inst. Arch. 1851, p. 161; *Arch. Ztg.* 1848, p. 376.

1) A. 166. 2) *Curatore* (vel *curatoribus*) *anNi quarti* aerae cuiusdam collegii codicariorum.

6480. MIRAE IVSTITIAE ATQ EXI‖MIAE MODERATIONIS ‖ L · CREPEREIO MADALIANO V · C ‖ PROCOS · P A [1]) ET VICE SACRA IV‖DICANTI COMITI ORDINIS PRI‖MI VICARIO ITALIAE [2]) PRAEF ANN ‖ VRB [3]) CVM IVRE GLADII CON‖SVLATV [4]) PONTI ET BITHYNIAE ‖ CORRECTORI · · · · — Calamae. *Excursions dans l'Afrique septentr.* n. 44.

1) *Provinciae Africae.* 2) Fuit *vicarius Italiae* sive *agens vicem praefecti praetorio per Italiam* circa a. 341; cf. Cod. Theod. XVI, 10, 2. 3) PRAEF*ectus* ANN*onae* VRB*is*. 4) corr. CONSVLARI. In Notit. dign. per Orientem Bithyniae consularem quidem legimus praepositum fuisse, ipsam autem provinciam a Ponto separatam.

6481. FORTISSIMO · ET · PIISSIMO · ‖ · PRINCIPI · SVO · ‖ M · AVRELIO · CARINO · ‖ RVFIVS · VOLVSIANVS · ‖ V · C · ‖ · EORVM · IVDICIO · ‖ · BEATISSIMVS · ITERVM · ‖ CORRECTOR [1]) — ab altero latere: MAVORTII ‖ · Q · FLAVIO · MAESIO · EGNATIO ‖ LOLLIANO · C · V · Q · K · PRAETORI · VR‖BANO AVGVRI PVBLICO POPVLI ‖ ROMANI · QVIRITIVM · CONS · ALBEI ‖ TIBERIS · ET · CLOACARVM · CONS · OPE‖RVM PVBLICVM CONS · AQVARVM ‖ CONS CAMPANIAE COMITI FLAVIALI ‖ COMITI · ORIENTIS · COMITI PRIMI ORDINIS ‖ PROCONSVLI PROVINCIAE AFRICAE [2]) ‖ REGIO PORTAE TRIVMPHALIS PATRONO DIGNISSIMO — Puteolis. Bull. Neap. IV, p. 74; Gervasio, *Osservazioni sulla iscr. onoraria di Mavorzio Lolliano*, p. 41, ubi v. eruditam Borghesii epistolam de Lollianis a Firmico commemoratis; Mommsen, I. N. 2497 et 2503. Cf. Orell. 3162. 3163.

1) Titulus gravissimi momenti, quippe quo Carini aetate correctores iam fuisse probetur, de qua re dubitaverat olim Borghesius (apud Cavedonium, *Marmi modenesi* p. 291), ad Diocletiani tempora eorum originem referens; cf. quae nunc idem v. d. exposuit in Ann. Inst. Arch. 1853, p. 221 sq., item quae Mommsenius scripsit *röm. Feldm.* II, 196, qui correctores ab Aureliano institutos esse affirmant, qui Tetricum devictum correctorem *sive Lucaniae sive totius Italiae* fecisse dicitur. — De correctoribus extra ordinem nominatis sive legatis missis ad corrigendum statum provinciae alicuius cf. n. 6482 seq. 2) Fuit postea etiam praefectus Urbi (a. 1095), consul ordinarius et praef. praetorio Italiae (ann. 1108); Borghesi, l. l.

6482. · · · · · · · · RIO · PONTIFICI · ‖ *legato aug* · *a*D CORRIG*en*DVM · STATVM · ITALIAE · [1]) ‖ · · · · DE [2]) LEGATV*s p*RINCIPVM IN PROVINCIA ‖ · · · · · · · · INFERIOR*i*S · LEG · AVG · PR · PR · PROVINCIAE ‖ · · · · · · RIS · [3]) GERM*a*NICAE EXPEDITIONIS · LEGATO ‖ · · · · · · · IVRIDICO PER *a*EMILIAM ET LIGVRIAM · CVRATOR ‖ · · · · · · · · *leg* · *prov* · *afr*ICAE REGIONIS · HIPPONIENSIS · PRAETORI ‖ · · · · · · · · *sevi*RO TVRMARVM EQVESTRIVM ‖ · · · · · · · · · · *a*MANTI*s*SIMO — Casini. Mur. 1049, 5; corr. Mommsen, I. N. 4237.

1) Legati nonnunquam extra ordinem ab imperatore in provinciam aliquam mitti solebant, ut *statum eius corrigerent*; ita Plinium a Traiano in Bithyniam missum esse constat, *quoniam multa in ea emendanda apparuerant* (Ep. X, 41). Eiusdem generis legati sunt C. Iulius Proculus, qui sub Traiano imperatore LEG*atus* fuit AVG*usti Pro Praetore* REGION*is* TRANSPADANAE, cui alio modo fieri non potest, ut legatus imperatoris praefuerit (Or. 2273 = Mar. I. A. n. XLV), et P. Pactumeius

Clemens, cuius inscriptionem v. n. 6483. Interdum etiam *correctores* appellantur, cuius nominis quamquam in Latinis exempla desiderantur, in Graecis certe exstant tituli Ti. Severi (C. I. Gr. 4033. 4034), qui *ΠΡΟΣ ΠΕΝΤΕ ΡΑΒΔΟΥΣ* dicitur *ΠΕΜΦΘΕΙΣ ΕΙΣ ΒΕΙΘΥΝΙΑΝ ΔΙΟΡΘΩΤΗΣ ΚΑΙ ΛΟΓΙΣΤΗΣ ΥΠΟ ΘΕΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ*, et L. Egnatii Victoris Lolliani *ΤΟΥ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΥ ΥΠΑΤΙΚΟΥ ΕΠΑΝΟΡΘΩΤΟΥ ΑΧΑΙΑΣ* (C. I. Gr. 1624); cf. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1853, p. 213 seqq., et de quinque fascibus Mommsen, Bull. Inst. 1852, p. 172 seqq. 2) *dein*DE? 3) Vel *inferioris* vel *superioris*, fortasse Pannoniae. Inscriptio enim ad aetatem M. Aurelii bellumque ab hoc contra Germanos gestum videtur pertinere.

6483. P · PACTVMEIO · P · *f* ‖ QVIR · CLEMENTI ‖ XVIRVM · STLITIBVS · IVDICAND ‖ QVAEST · LEG · ROSIANI · GEMINI ‖ *s*OCERI · SVI · PROCOS · IN ACHAIA ‖ *tr*IB · PLEB · FETIALI · LEGATO · DIVI ‖ HADRIANI · ATHENIS · THESPIIS ‖ PLATEIS · ITEM IN THESSALIA [1]) ‖ PRAETORI · VRBANO · LEGATO ‖ DIVI · HADRIANI · AD RATIONES ‖ CIVITATIVM · SYRIAE · PVTANDAS [2]) ‖ LEGATO · EIVSDEM · IN · CILICIA ‖ CONSVLI · [3]) LEGATO · IN · CILICIA ‖ IMP · ANTONINI · AVG · LEG · ROSIANI ‖ GEMINI · PROCOS · IN · AFRICA ‖ · · · · · RIS · · · · · · · · · · · · ‖ PATRONO · IIII · · · · · · · NIARVM [4]) ‖ D D P P [5]) — Constantinae. *Exploration de l'Algérie*, Archéol. pl. 153, 2.

1) Ita quoque Messius Maximus est *missus in provinciam Achaiam ad ordinandum statum liberarum civitatum* (Plin. Ep. VIII, 24; cf. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1853, p. 213. 2) Cf. titulum sequentem et, quem paullo ante laudavi, *ΔΙΟΡΘΩΤΗΝ ΚΑΙ ΛΟΓΙΣΤΗΝ*. 3) Cos. suff. a. 138 = 891; cf. Bull. Inst. Arch. 1843, p. 194. 4) *municipiorum et coloniarum*? cf. Hamilton, *Researches in Asia Minor*, app. n. 173 (n. 6912), vel potius *IIII coloniarum*, ut est in n. 7016. 5) *Decurionum Decreto Permissu Proconsulis.*

6484. L · BVRBVLEIO · L · F · QVIR ‖ OPTATO · LIGARIANO · ‖ COS · [1]) SODAL · AVG · LEG · IMPERAT ‖ ANTONINI · AVG · PII · PRO · PR · PROV ‖ SYRIAE IN QVO HONOR · DECESSIT · LEG · ‖ EIVSDEM · ET · DIVI · HADRIANI · PRO · PR · PROV ‖ CAPPAD · CVR · OPER · LOCOR · Q · PVBL · PRAEF · ‖ AERAR · SATVRN · PROCOS · SICIL · LOGISTE (sic) · ‖ SYRIAE · [2]) LEGAT · LEG · XVI · FL · FIRM · CVR · REI · P · ‖ NARBON · ITEM · ANCONITANOR · ITEM · ‖ TARRICIN · CVRAT · VIAR · CLODIAE · CASSIAE ‖ CIMINAE (sic) · PR · AED · PL · Q · PONTI · ET · BITHYN · ‖ TRIB · LATICL · LEG · IX · HISPAN · III · VIR · KAPIT ‖ PATR · COL ‖ RASINIA · PIETAS · NVTR · FILIAR · EIVS ‖ S · P · P · L · D · D · D — Minturnis rep., nunc in R. Museo Neap. Borghesi, *sull' iscr. di L. Burbuleio*, *Napoli* 1838; accuratius Mommsen, I. N. 4060.

1) De eius honoribus temporibusque eorum doctissime disseruit Borghesius, l. l. — Cos. fuit ante annum 891 = 138, quo Cappadociae eum praefuisse scimus, et fortasse paullo ante a. 884; l. l. p. 56 et 77. 2) Cf. titulum praecedentem.

6485. · · ARRIO · · ‖ *q*VIR · ANTO‖NINO · PRAE*f* ‖ AERARI · SATVRN*i* ‖ IVRIDICO PER ITALIAM · *re*‖GIONIS TRANSPADANAE P*ri*‖MO [1]) FRATRI ARVALI PRAETOR*i* ‖ CVI PRIMO IVRISDICTIO PVPILLA‖RIS A SANCTISSIMIS IMP MANDATA ‖ EST [2]) AEDIL CVRVL AB ACTIS SENATVS SE‖VIRO EQVESTRIVM

TVRMAR TRIBVNO ‖ LATICLAVIO LEG IIII SCYTHICAE IIII ‖ VIRO VIARVM CVRANDAR QVI PRO‖VIDENTIA MAXIMORVM IMPERAT MIS‖SVS VRGENTIS ANNONAE DIFFCVLI (sic)‖TATES IVVIT [3]) ET COSVLVIT (sic) SECVRI‖TATI FVNDATIS REIP · OPIBVS · ORDO ‖ CONCORDIENSIVM PATRONO OPT ‖ OB INNOCENTIAM ET LABORI (sic) — Concordiae. Exstat nunc penes Ioannem Muschietti Portogruari. Ann. Inst. Arch. 1853, p. 188 seqq., ubi quae Borghesius summa cum doctrina de hoc titulo exposuit, mox exemplo quod dominus nuper edidit meliore plene confirmata sunt.

1) Iuridicos a M. Aurelio Aug. institutos esse, Capitolinus tradit (Marc. 11). Eos quinque numero et viros praetorios fuisse ex lapidibus Borgh. eruit, simul ostendens, quo modo singulis singulae regiones Italiae assignatae fuerint (l. l.). [Vide quae scripsi *röm. Feldm.* II, 192 sq. Mommsen.] — Nomen Arrii Antonini, quod olim posueramus ex coniectura Borghesii, nunc eum qui vidit ex lapide excepisse docemur, cf. l. l. p. 224 seqq. 2) Fuit igitur primus *praetor tutelaris* a M. Aurelio (Capitol. 10) et L. Vero institutus; cf. l. l. p. 191, ubi emendandum fragmentum Vat. Paulli §. 244 et scribendum esse demonstratur *ex epistolis* pro *ex epistola*. Praetores tutelares videsis apud Or. 3164; 3672 cet. [De praetore tutelari vide quae data opera exposui *epigraph. Anal.* 26, Berichte der sächs. Ges. 1852, p. 268, hunc titulum edens. Mommsen.] 3) De fame gravissima anno tertio M. Aurelii imperatoris in Italia orta v. Capitol. c. 8 et 11, qui et ipse institutionem iuridicorum eidem fere tempori assignat.

6486. L · FVLVIO · GAVIO · N*umisio* · *petronio* ‖ AEMILIANO · COS · I · · · · · · · · · · ‖ PONTIF ELECTO · AB · OP*timo imp* · *severo* ‖ ALEXANDRO · [1]) AVG · AD *ius dicendum* ‖ PER REGIONEM · TRA*nspadanam* [2]) ‖ PRAET · CAN*d* · · · · · · · · · · · · · · · · · · ‖ LVGDVNEN*ses* · · · · · · · · · · — Capuae (*S. M. di Capua*). Mommsen, I. N. 3604, cf. Or. 3134.

1) Nomen Alexandri in litura repositum est. 2) i. e. *iuridicus*.

6487. Ab iuridicis vero Italiae regionibus impositis probe distinguendi sunt *iuridici* sive *legati iuri dicundo* provinciarum, viri itidem praetorii, legatis pr. pr. eodem modo adiuncti, quo proconsulibus legati assessores. Ex his affero *C. Sabucium C. f. Quir. Maiorem Caecilianum*, consulem suffectum sub imperio Commodi et *sodalem Augustalem Claudialem*, qui quum *tribunus plebis* et *praetor candidatus*, mox CVRAT · VIAE · SALAR · ET · ALIMENTORVM fuisset, factus est IVRID · PER · FLAMIN · ET · VMBRIAM, deinde IVRID · PROV · BRITTANNIAE [1]); postea vero praefectura aerarii militaris functus *legatus* fuit *Aug · pr · pr · prov · Belgicae* et *proconsul prov · Achaiae*. — Eius titulum in basilica Ostiensi effossum cum Borghesio communicavit Melchiorrius, ipsum monumentum mox editurus; cf. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 24; 1853, p. 203.

1) Cf. Mur. 691, 7; Fabr. Col. Trai. p. 10.

6488. M · VETTIO · M · F ‖ AN · VALENTI ‖ QVAESTORI · PROVINC ‖ MACEDON · AEDILI · PLEB ‖ SEVIRO · EQ · ROM · PRAET ‖ LEG · PROVINC · NARBONENS ‖ IVRID · PROVINC · BRITAN ‖ *leg* · LEG · XV · APOLLINAR ‖ PROVINCIA · BRITANNIA ‖ PATRONO — Arimini. Grut. 1102, 3; corr. Borghesius apud Tonini, *Rimini* p. 351, 4.

6489. SEX · PEDIO · SEX · F ‖ ARN · HIRRVTO ‖ LVCILIO · POLLIONI ‖ COS · PRAEF · AER · MILITAR ‖ LEG AVG IVRID ······ ET ‖ CAIIAIC[1] ······· ‖ \ IAT ······ — In fundo *Marcosimone* agri Romani. Bull. Inst. Arch. 1833, p. 64; corr. Ann. 1853, p. 205.

1) IVRIDicus *asturiae* ET GALLAECiae; cf. Ann. 1853, l. l.

6490. T · IVLIO · SEX · F · VOLT · MAXIMO · MA ····· ‖ BROCCHO · SERVILIAN · A · QVADRON ···· ‖ L · SERVILIO · VATIAE · CASSIO · CAM ···· ‖ LEG · AVG · LEG · IIII · FLAVIAE · LEG · AVG · LEG · I · ADIVTricis ‖ IVRIDICO · HISP · CITERIOR · TARRACONENS · PRA ···[1] ‖ PROVINCIAE · HISP · VLTERIORIS · BAETICAE ·[2] DONato ‖ BELLO · DACICO · CORONIS · MVRALI · ET · VALLARI *et arg* | VEXILLO · TRIB · MIL · LEG · V · MACEDONIC · SEVIRO · *eq* ‖ ROM · TVRM · I · X · VIRO · STLITIBVS · DIIVDICandis[3] ‖ CALAGVRRITANI · EX HISPANIA · CITERIORE · PATROno — Nemausi. Millin, *voyage* IV, p. 248; Ann. Inst. Arch. 1839, p. 147; Pelet, *Inscriptions antiques que renferme le Cavaedium de la porte d'Auguste* n. 43. accuratius ceteris.

1) Supple PRAet. *q*(uaestori). 2) Cf. IVRID . HISP . CIT apud Mur. 1033, 2 et Mommsen, I. N. 1420 (ubi v. ceteros); LEG . IVR . *p*ROV . HISP . TARRACONENS apud Mur. 250, 2, et titulum sequentem. 3) Ita ex apographo Millingeniano, Ann. l. l.; celeri IVDICANDIS.

6491. Q · SERVILIO ‖ Q · F · HOR ‖ PVDENTI[1] ‖ TRIB MIL LEG IIII SCI‖IIIICAI[2] Q PRO‖VINCIAE SICILIAE ‖ TRIB PE[3] PRAETOR ‖ PRAE ··· RVMEN‖EI DAM ··· VRIDI‖CO P ··· INCIAE ‖ PA ········ NF[4] ‖ MI ··· COS ERE[5] ‖ P AEL IRENAEVM — Calamae. *Excursions dans l'Afrique septentr. app.* n. 16; exemplum, quod hic secutus sum, communicavit mecum Borghesius, qui in Ann. Inst. Arch. 1852, p. 25. de eo verba fecit.

1) Cos. a. 919 = 166. 2) l. SCY‖THICAE. 3) l. TRIB . PL . 4) l. PRAE*f* *f*RVMEN‖*ti* DANdi *i*VRIDI‖CO ProvINCIAE ‖ PAnnoniae *i*NF. 5) COnSuli *p*ER? — Restituerem *praef. aer.* MIl*it*. COS, si spatium sufficeret.

6492. L · RAGONIO · L · F · PAP · VRINATIO ‖ LARCIO · QVINTIANO · CoS ‖ SODALI HADRIANALI LEG LEG ‖ XIIII GEM DONIS · MILIT · DONATO AB ‖ IMP · (COMMODO)[1] ANTONINO AVG ‖ PROCOS · PROV · SARDIN · IVRIDICO ‖ PER · APVL · PRAEF FD PRAET ‖ AED · PL · Q · PR · PR · PROVINC · ‖ AFRICAE ·[2] SEVIRO ‖ TI · CL · PHAEDIMPVS ‖ H C[3] — Romae, in Mus. Vat. Sarti, de cryptis Vat. p. 68; vidi ipse. Cf. 2377 et 2702, et Grut. 1029, 1.

1) Nomen Commodi abrasum et postea restitutum est. 2) *Quaestor pro praetore* liberae rei publicae aetate is quaestor dicebatur, qui loco praetoris sive mortui sive absentis provinciam regebat et interdum etiam cum iure praetorio in eam missus praetoris vices agebat; imperatorum vero temporibus omnes quaestores proconsulum

eo nomine utebantur; cf. Borghesi, Decad. numism. X, 5, p. 24 sq. 3) [Num transposita littera legendum est PHAEDIMVS *Posuit Honore Contento*? MOMMSEN.]

6493. L · MEMMIVS · C · F · GAL · Q · TR · P*leb* ‖ FRVMENTI · CVRATOR · EX · S · C ‖ PRAEFECTVS · LEG · XXVI · ET · VII ‖ LVCAE · AD · AGROS · DIVIDVNDOS ‖ PONTIFEX · ALBANVS ‖ MEMMIA · FILIA · TESTAMENTO · SVO · FIERI · IVSSIT — Romae, in Mus. Vat., ubi vidi. Card. *Dipl.* n. 826; Borghesi, Decad. num. I, 8, p. 24. Ad aetatem Augusti monumentum spectat.

6494. Q · ARTICVLEIO ‖ REGVLO ‖ PR · PROCOS · LEG · IMP · CAESARIS · AVG · P · P · ‖ PATRONO — Canusii. Mommsen, I. N. n. 640.

6495. *c* · CALPE*tano* ‖ RAN*tio* ‖ QVIRINAL*i* ‖ *va*LERIO · P · F · POMP · F*esto* 1) ‖ *iiii*VIR · VIAR · CVRAND · T*r* · *mil* ‖ *leg* · VI · VICTR · QVAESTORI · SE*viro* ‖ *equ*IT · ROMANOR · TR · PLEB · PRAET*ori* ‖ *soda*LI · AVGVST · LEG · PRO · PRAET · EX*ercitus* ‖ *afric*AE · 2) COS · DONATO · AB · IMPER · *vespas* · ‖ *has*TIS · PVRIS · IIII · VEXILLIS · IIII · CO*ronis* ‖ *iiii* · VALLARI · MVRALI · CLASSICA · A*urea* 3) ‖ *cu*RATORI · ALVEI · TIBERIS · ET · RIPA*rum* 4) ‖ *po*NTIF · LEG · AVG PRO · PR · PROVIN*ciae* ‖ *pa*NNONIAE ET PROVINC*iae* ‖ HISPANIAE 5) ‖ PATRONO ‖ PLEBS · VRBANA — Tergeste. Kandler, *esplorazioni di antichità nell' agro tergestino*, n. 9; rest. Borghesi, Bull. Neap. IV, p. 34.

1) De nominibus eius cf. Grut. 197, 4 cet. 2) Cf. Tac. Hist. IV, 49: *tum legionem in Africa regebat Valerius Festus* cet. Idem Pisonem proconsulem interfecit et Garamantas fudit (l. l. 49. 50). 3) Sc. propter victoriam de Garamantis reportatam. Donis vero militaribus post consulatum commemoratis Borghesius fasces eum statim post legationem gessisse probavit, fortasse ante reditum eo honore ornatum; l. l. p. 35; recte igitur consulatum eius anno 824 = 71 assignari; cf. Mar. Arv. p. 129, et Borghesium apud Minervinium, *Tettia Casta* p. 27. 4) Annis 825 et 826; cf. Grut. 197, 4. 5) Annis 832 et 833; cf. Grut. 245, 2; Mur. 2007, 5; 2012, 7.

6496. T HATERIO NEPOTI ‖ ATINATI PROBO ‖ PVBLICIO MATENIANO ‖ COS PONTIF TRIVMPHALIB ‖ *ornamentis honorato* 1) ‖ · · · · · — Fulginii. Ann. Inst. Arch. 1846, p. 312.

1) Ornamenta triumphalia post Traiani aetatem non commemorantur; cf. Borghesi, l. l. p. 336—349.

6497. P · TVLLIO ‖ VARRONIS · FIL ‖ STEL · VARRONI · COS 1) ‖ AVGVRI PROCOS PROVINC ‖ AFRICAE · LEG · AVG · PRO · PR ‖ MOESIAE · SVPERIOR · CVRAT ‖ ALVEI TIBERIS · ET · RIPARVM ‖ ET · CLOACARVM VRBIS · PRAEF ‖ AERARI · SATVRNI · PROCOS · PROV ‖ BAETICAE · VLTERIORIS · HISPANIAE · LEG · LEG · XII · FVLMINATAE ‖ ET · VI · VICTRICIS · P · F · ‖ PRAETORI · AEDIL · CERIALI ‖ QVAESTORI · VRB · TRIBVNO ‖ MILIT · LEG · XVI · FL · X VIRO · STLITIBVS ‖ IVDICAND · PRAETORI · ETRVRIAE 2) QVINQVENNALI · TARQVINIS ‖ P · TVLLIVS · CALLISTIO ‖ POSVIT — Tarquiniis

(*Corneto*). Bull. Inst. Arch. 1830, p. 198; Ann. eiusd. 1832, p. 151; corr. Kellerm. Vig. 249.

1) Circa aetatem Traiani; pater enim eius legatus fuerat Vespasiani (Grut. 476, 5). 2) Sc. *quindecim populorum*; cf. n. 96; 97; 3149.

6498. L · MINICIO · L · F · GAL · NATALI ‖ QVADRONIO · VERO · COS · [1]) PROCOS ‖ PROV · AFRICAE · AVGVRI · LEG · AVG ‖ PR · PR · PROVINCIAE · MOESIAE · INFER ‖ CVRATORI · OPERVM · PVBLICORVM ‖ ET · AEDIVM · SACRAR · CVRAT · VIAE ‖ FLAMIN · PRAEF · ALIMENTOR · [2]) LEG ‖ AVG · LEG · VI · VICTR · IN BRITANNIA ‖ PRAETORI · TRIB · PLEB · CANDIDATO ‖ QVAESTORI · CANDIDATO · DIVI ‖ HADRIANI · ET · EODEM · TEMPORE · LEGATO ‖ PROV · AFRIC · DIOECESEOS · CARTHAGINIEN ‖ PROCONSVLIS · PATRIS · SVI · [3]) TRIB · MIL · LEG · I ‖ ADIVT · P · F · ITEM · LEG · XI · CL · P · F · ITEM · LEG ‖ XIIII · GEMIN · MARTIAE · VICTRIC · III · VIRO ‖ MONETALI · A · A · A · F · F · PATRONO · MVNICIPII ‖ CVRAT · FANI · HERC · V · [4]) DECVRIONES · TIBVRT ‖ EX AERE · COLLATO · Q · Q · [5]) MAXIMI · EXEMPLI — a latere: CVRANTE ‖ M · TVLLIO · BLAESO — Tibure. *Saggiatore* 1846, vol. VI, p. 270 seqq.; Ann. Inst. Arch. 1849, p. 223; vidi ipse.

1) Cos. circa a. p. R. c. 880 = 127. 2) Curam viae et alimentorum, quas postea unum munus fuisse constat, separatim Minicium obtinuisse probare conatus sum, universae rei alimentariae eum praefuisse ratus; Ann. l. l. 3) Cf. n. 5450. 4) HERCulis Victoris. 5) QuinQuennali.

6499. P · MVMMIO · P · F · GAL · SI‖SENNAE · RVTILIANO ‖ COS · [1]) AVGVRI · PROCOS ‖ PROVINC · ASIAE · LEGATO · AVG ‖ PR · PR · MOESIAE · SVPERIORIS ‖ PRAEF · ALIMENT · PER · AEMILIAM ‖ PRAEF · AER · SATVRNI · LEG · LEG · VI ‖ VICTRIC · PRAETORI · TR · PL · QVAEST ‖ TRIB · LEG · V · MACED · XVIRO · STLI‖TIB · IVDIC · PATRONO · MVNICI‖PII · CVR · FANI · H · V · [2]) SALIO · HER‖CVLANII · AVGVSTALES ‖ L · D · S · C ‖ in dextro latere: DEDICATA KAL IVN · MAXIMO ‖ ET · ORFITO · COS [3]) — in sinistro: CVRANTIBVS · P · RAGONIO · SATVR‖NINO ET · C · MANLIO · MARCIANO Q ORDINIS AVGVSTALIVM TIBVRTIVM [4]) — Tibure. Grut. 1097, 7; Don. IV, 16; Ann. Inst. Arch. 1844, p. 46 corr. ex apographo Borghesii. Vidi ipse in Museo Florentino. — Male apud Or. 3933.

1) A. 886 = 133. 2) Herculis Victoris. 3) A. 925 = 172. 4) Quaestores Augustalium praeter Tiburtinum solos novi Allifanos; cf. 3101. 3954. 7114.

6500. Q · LOLLIO M *f*IL ‖ QVIR VRBICO [1]) COS ‖ LEG AVG PROVINC GERM ‖ INFERIORIS FETIALI LEGATO [2]) ‖ IMP *h*ADRIANI IN EXPEDITIONE ‖ IVDA*i*CA QVA DONATVS EST ‖ HASTA PVRA CORONA AVREA IR · · (?) ‖ LEG AVG *leg* I M IN *d*AC*i*A (?) PR CANDIDA*to* ‖ HAST*a*R TR P*l* CAND L*eg* · PATIS S*u*I ‖ P*r*O COS AS*i*AE [3]) QVAEST VRBIS *tr* ‖ LATICLAVIO LEG · XXII · [4]) PRIM ‖ IIIIVIRO [5]) VIARVM CVRAN*d*[6]) ‖ PATRONO D D P P —

Kedine prope Constantinam. Exscr. de Grabow; misit mihi Gerhardus. Ipse emendavi, ut potui.

1) Postea legatus Britanniae factus Britannos vicit circa a. 896 (cf. Eckhel, D. N. VII, p. 14) ac deinde in Italiam reversus praefectura urbis functus est; cf. Grut. 38, 13 et Corsinium, series praefect. urb. p. 74 sqq., quem male tempus eius praefecturae constituisse Borghesius docuit (Ann. Inst. Arch. 1853, p. 225); ad eam enim pertinere caussam Volumnii Sereni, de qua Fronto (*ad amicos* II, 6 et 7) ad Arrium Antoninum refert, quem primum regionis Transpadanae iuridicum fuisse vidimus (cf. n. 6485). 2) In exemplo mecum communicato est FETIAL HE cet. 3) Ita emendavi litteras AVG L MINAQRAIRCANDIDA ... || CASTR III R P CANDIDARISSIII I PO COS ASAI; cf. Borghesi, Ann. 1853, p. 225. 4) IIC . XX. 5) PIII. 6) CVRANTI.

6501. C · POPILIO · C · F · QVIR · CARO || PEDONI · COS · VII · VIRO · EPVLON || SODALI · HADRIANALI · LEGATO || IMP · CAESARIS ANTONINI AVG || PII · PRO · PR · GERMANIAE · SVPER · ET · EX||ERCITVS · IN EA · TENDENTIS · 1) CVRATORI || OPER · PVBLICOR · 2) PRAEF · AERARI · SATVR || CVRATORI · VIAR · AVRELIAE · VETERIS · ET || NOVAE · CORNELIAE · ET · TRIVMPHALIS || LEGATO · LEGIONIS · X · FRETENSIS || A CVIVS · CVRA · SE · EXCVSAVIT · PRAETORI || TRIBVNO · PLEBIS · Q · DIVI · HADRIANI · AVG || IN OMNIBVS · HONORIBVS · CANDIDATO || IMPERATOR · TRIB · LATICLAVIO · LEG · III || CYRENEICAE · DONATO · DONIS · MILI||TARIBVS · A DIVO · HADRIANO · OB || IVDAICAM · EXPEDITIONEM · X · VIRO || STLITIBVS · IVDICANDIS · PATRONO || MVNICIPI · CVRATORI · MAXIMI · EXEMPLI || SENATVS · P · Q · TIBVRS || OPTIME · DE · RE · PVBLICA · MERITO — Tibure in Mus. Vat. translatus. Grut. 457, 6; corr. Kellerm. Vig. 247, ubi v. ceteros.

1) Cf. n. 5427. 2) Anno p. Chr. n. 150; cf. Marin. Arv. p. 220.

6502. *t* · CAESE*rnio* · *statio* || QVINCTI*o* || *macedoni* || QVINCTIA*no* · *cos* || SODALI · AVG · *curat* || VIAE · APPIAE · P*raef* · *alim* || LEGATO · LEGIONIS · · · · · || PIAE · FIDELIS · CO*m* · *divi* · *veri* || PER · ORIENTEM · 1) *praet* · *cand* || INTER · CIVES · ET · *peregr* · *trib* || PLEBIS · CANDIDATO · *legato* · *per* || AFRICAM · MAVR*etaniam* · *q* || CANDIDATO · TRI*buno* · *mil* || LEGIONIS · TR*igesimae* · *ulpiae* || *vi*CTRICIS · T*riumviro* || *au*RO · ARGEN*to* · *aeri* · *f* · *f* · || *pat*RONO · CO*loniae* || D *d* || SERVI*lius* · · · · · · · · · · || AMIC*o* · *optimo* — A *Civitanova* Dalmatiae in Mus. Veron. transl. Marini Arv. p. 18; ex apographo Borghesii edidi in *Zeitschr. f. A. W.* 1848, p. 297; Ann. Inst. Arch. 1849, p. 230.

1) Quamquam non liquet, quo anno consul Caesernius fuerit, L. Veri comitem eum fuisse Borghesius ideo statuit, quia pater eius ante annum 903 consul fuerat; eo enim anno *consularis*, i. e. legatus pr. pr., Germaniae superioris erat, ut hac inscriptione docemur: I . O . M || *e*T GENIO LO*ci* || Q . TA . VI ... || SATVRNINV*s* || BF . CAESERN || STATIANI || COS . GALLI||CANO . ET . VE||TERE . COS — Divione. Ann. l. l. p. 231.

6503. SE*r* · CAL*pu*R*nio* · *ser* *f* · · · · 1) || DEXTRO C M *v* 2) || *cos* ORD · 3) XV · VIR · *Sac* · *fac* 4) || *leg* · *p*ROV · ASIAE · *cur* ·

rei · *p* ‖ MINTVRNENSIVM ······ IA ··· ‖ ITEM CALENORVM CVR VIA*e* · AE*m* ‖ ET · ALIMENTORVM · PRAET · TVTEL ‖ *q*VA*est*ORI · CANDIDATO ‖ TRIVMVIRO MONETALI ‖ CALPVRNIA · RVFRIA ‖ AEMILIA · DOMITIA ‖ SEVERA · C · F · FILIA ‖ PATRI · PIISSIMO ‖ SECVNDVM VOLVNTATE (sic) EIVS — Rep. in fundo *Marcosimone* agri Romani, nunc in Villa Pinciana Borghesiorum. Bull. Inst. Arch. 1833, p. 64; correxi in Ann. Inst. 1849, p. 228.

1) Deest tribus. 2) *Clarissimae Memoriae Viro.* 3) A. 978 = 225. 4) Mentione huius sacerdotii confirmatur etiam, titulum n. 1849 genuinum esse.

6504. P · IVLIO IVNIANO MARTIALIANO C V ‖ COS · QVAEST · PROVINCIAE ASIAE · TRIB ‖ PLEBEI · PRAETORI CVRATORI CIVITATIS CA‖LENORVM · CVRATORI VIARVM CLODIAE ‖ CASSIAE ET CIMINIAE PRAEFECTO AERARI MILI‖TARIS PROCONSVLI PROVINCIAE MACEDONIAE ‖ LEGATO LEG · III · AVG · SEVERIANAE *alexandrianae* ‖ PRAESIDI ET PATRONO RES PVBLICA CIRTENSIVM DE‖CRETO ORDINIS DEDIT DEDICAVITQVE — Constantinae. Hefner, *R. Inschr. mit Bemerk. Algerien*, n. XXIV (*Abh. d. k. baier. Akad. d. W.* V, 2.). — Alterum apographum v. c. de Grabow communicavit mecum Gerhardus. Id cum Hefneriano exemplo verbis quidem plane conspirat, versuum tamen distributione ab eo differt. Post nomen *Severianae* alterum nomen abrasum esse indicat; in fine tituli litterae leguntur A · P · R · M, quae nescio quid sibi velint.

6505. *fo*RTISSIMO ‖ *cle*MENTISSIMO ‖ *gl*ORIOSISSIMO ‖ *p*RINCIPI ‖ *d* · N · FLAVIO · VA*l* ‖ *c*ONSTANTINO ‖ *p* · F · INVICTO AVG ‖ Q · ATTIVS GRANIV*s* ‖ CAELESTINVS · V · C · CV*r* ‖ ALV · TIB · ET · CLOAC · S · V · 1) D · N · M · Q · EI*us* — Romae, in foro Traiani. Card. *Dipl.* n. 220; Bull. Inst. Arch. 1829, p. 37; ipse edidi in Ephem. Ienens. 1847, p. 244, postea vero archetypum vidi, unde correxi.

1) *Sacrae Vrbis.*

6506. C · MEVIO · C · F · DONATO ‖ IVNIANO · CONSVLI ‖ PROCONSVLI · SICILI‖AE · PROVINCIAE · PR · ‖ AEDILI · Q*uaes*TORI SI‖CILIAE PROVINCIAE ‖ CVRATO*ri* · CIVITATIVM ‖ VNIVERSARVM PRO‖VINCIAE *sici*L*i*AE · LEG · AVG ‖ P ······ ORIC · 1) L ‖ ···· VIIII'TFE ‖ desunt versus tres ‖ ···· ⅭERCAHL — Lapis valde detritus exstat Lanuvii ad portam. Mur. 364, 2 = 434, 4. Ipse vidi et cum magno labore exscripsi cum Mommsenio. Litterae, quas in fine notavimus, satis incertae sunt.

1) Fortasse LEG . AVG . P*r* . *pr* . *prov* . *n*ORIC*i*; sed tum ordo dignitatum turbatus est, nisi forte honores senatorios prius enumeratos, deinde vero legationes commemoratas esse credere licet.

6507. C · CAELIO · CENSORI‖NO · V · C · PRAET · CANDI‖DATO · CONS · CVR · VIAE ‖ LATINAE · CVR · REG · VII1) ‖ CVR · SPLENDIDAE · CAR‖THAG · COMITI · D · N ‖ CONSTANTINI · MAXIMI · AVG ‖ ET · EXACTORI · AVRI · ET · ARGENT‖TI · PROVINCIARVM · III · COS · PRO‖VINC · SICIL ·

COS · CAMP · AVCTA || IN · MELIVS · CIVITATE · SVA · ET · REFOR||MATA · ORDO · POPVLVSQVE · ATELLANVS || L · D · S · C — Atellae. Mur. 1029, 8; Mommsen, I. N. 3540, ubi v. ceteros.

1) Sc. Urbis sacrae, Severus Alexander curatores urbis XIV ex consularibus viris fecit (Lamprid. 33), quorum in lapidibus nullam aliam mentionem repperi.

6508. AVREO SAECVLO · DDD NNN · INVICTISSIMORVM PRIN||CIPVM VALENTINIAN*i* VALENTIS ET GRAT*i*ANI · POR-TI||CVM A FVNDAMENTIS COEPTAM ET CON*s*TRVCTAM || AN-NIVS · · M\ INVS V C · C S F P N C[1]) DEDICAVIT || ET D̄ N̄ GRA-TIANI *pri*N*c*IPIS NOMINE NVNCVPAVIT || CVRANTE AC SVA PEC*un*IA PERFICIENTE M · · EVIO NVMI||DIANO · · · T T · · T · · · · · · D D Q — Constantinae. *Exploration scient. de l'Algérie pl.* 125, 7; Bull. Inst. Arch. 1852, p. 171.

1) *Consularis SexFascalis Provinciae Numidiae Constantinae*; cf. n. sequentem.

6509. PRO BEATITVDINE PRINCIPVM MAXIMORVM || DD NN VALENTINIANI VALENTIS ADQ · GRATIANI PERPETV*orum* || *se*MPER AVG*gg*[1]) FL SIMPLICIVS V C CONSVLARIS SEX*f*ASCA-LIS[2]) P N CONSTANTINAE[3]) NVMINI MAIESTATIQ EORVM SEMPER DEDITVS BASI||LICAM DEDICAVIT RVTILIVS VERO SATVRNINVS V C PRO EDITIONE *mu*||NERIS DEBITI A SOLO FACIENDAM EXAEDIFICANDAMQ CVRAVIT — Ibd. exscr. de Grabow; Bull. l. l.

1) In apographo Grabowii: AMPER AVGCC. 2) In eodem SEXPASCALIS; corr. Mommsen, qui ibd. docte de sex fascibus magistratuum senatoriorum s. proconsulum, quinque vero fascibus legatorum Augusti disputat, maleque apud Dionem 53, 13 pro *ῥαβδούχοις δὲ δὴ πέντε πάντες ὁμοίως οἱ ἀντιστράτηγοι χρῶνται* ab editoribus *ἕξ* emendatum esse demonstrat. Quod autem addit auctor: *καὶ ὅσοι γε οὐκ ἐκ τῶν ὑπατευκότων εἰσί, καὶ ὀνομάζονται ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ἀριθμοῦ τούτου*, idem v. d. documento quodam satis certo confirmat, titulo celeberrimo in oppido *Torigny* asservato (Mur. 575, 1; Spon. misc. p. 282), quem ex exemplo nuper a Francogallis divulgato (*Mém. des antiquaires de France* VII, p. 278) ipse denuo edidit (*Epigr. Anall.* 22. *in Ber. d. S. Ges. d. W.* 1852, p. 235 sq.), nomen QVINQVEFASCALIS recte legi suo iure asserens; cf. C. I. Gr. 4033. 4034. *πρὸς πέντε ῥάβδους πεμφθέντα εἰς Βειθυνίαν* cet. 3) Non civitatem modo Cirtensem, sed totam provinciam Numidiam a Constantino nomen accepisse hac sola inscriptione docemur.

6510. TEMPLVM · DEI · SOLIS · MIT · AVREL · IVSTINIA-NVS · V · P · DVX · LABEFACTATVM · RESTITVIT — Ad montem D. Donati in Stiria. Muchar, *Gesch. v. Steiermark* I, p. 374.

6511. BETITIO · · · · · · · · || *p*IO MAXIMILI*ano* · · · · || CON-SVLARI · C*ampaniae* · *cur* · *r* · *p* · || COL · CARTHAG*inis* || VICE · OPERVM · P*ublicorum*[1]) || PATRICIO · INTER *praetorios* || *relato*[2]) · · · · — Aeclani. Guarini, comm. XII, p. 14; in litteris ad Institutum arch. datis praeter varia nonnulla minoris momenti in v. 6. legit AL-LECTO · IN · FR · Mommsen, I. N. 1109.

1) Cf. titulum sequentem. 2) Ita scripsi, quia ex inscriptione sequenti munus vices agentis curatoris operum publicorum praetorium esse cognoveram.

6512. T · CLODIO · M · F · · · · · · · · · · · · || PVPIENO · PVL-CHRO · *Maximo*[1]) · · · · · · · · · || C · V · COS ·[2]) CVR · AED · SACRR ·

T (*sic*) · OPER · *Publicor* ‖ CVR · R · P · BENEVENT · ELECTO · IVD · SACRO · 3) AD · *census* ‖ ACCEPT · 4) PER · PROV · VELGICAM CVR · RP · LEPTIM · 5) ‖ ET · TRIPOLITANOR · VICE OPER · 6) PVBL · PRO · COS · ‖ PROV · MACEDONIAE · CVR · RP · CATINENSIVM · ‖ PR · VRB · Q · K · XV · VIRO · S · F · 7) TRIVMVIRO MONETALI · ‖ PATRONO · MVNICIPII · ‖ S · P · Q · T — Tibure. *Saggiatore* III, 5, p. 292 seqq.; Bull. Inst. Arch. 1849, p. 95; vidi ipse.

1) Filius antea ignotus Pupieni Augusti; cf. quae Borghesium secutus Melchiorrius exposuit, *Sagg.* l. l. p. 294. 2) Cos. suff. anni incerti. 3) i. e. ab imperatore nominatus. 4) De legatione *ad census acceptandos*, *censibus accipiendis*, *censuum accipiendorum* v. Borghesium, Ann. Inst. Arch. 1846, p. 316 seqq. 5) *Leptimagnensium* in Africa. 6) Hoc officium cave confundas cum munere *subcuratoris operum publicorum*, quae equestris dignitas est; v. tit. sequentem. 7) XV viri sacris faciundis militia liberati erant; unde satis explicatur, quod munera militaria in titulo Pupieni desiderantur. Ceterum Caracallum honoris specie omnes senatores militia exemisse Borghesius suspicatus est; *Dipl. di Traj. Decio*, p. 57 (in Actis Acad. pont. Arch. X, p. 181).

6513. .... ‖ ...... C .... F AVG ‖ LVSNANOR ETEM COM PT ‖ BRBVCoR SVBCVR VM ‖ ILMAINIAE ET ALIMENT 1) ‖ SVB CVR OPERVM PVBL ‖ IVLIA LVCILLA C · F · MARITO ‖ B M VIX AN XLVIII ‖ M · V · D · XXV — *Campelville* Northumbriae. Hodgson, *descr. of the county of Northumberland* p. 153; Bull. Inst. Arch. 1851, p. 74.

1) I. COH $\overline{I}$ AVG LVSITANORVM ITEM COH $\overline{II}$ BREVCOR SVB CVR*(ator)* VIAE FLAMINIAE ET ALIMENT, Borghesi Bull. l. l. — Novum *subcuratorum* officium est, nisi quod Dig. III, 5, 30 in municipiis commemoratur.

6514. Q · STATIO · Q · F · QVIR · SYRO · AED ‖ QVAEST · ALI*m* · QVAEST · MVN · PELT · PRAEF · IVR ‖ DIC · MVN · PELT · VIOC · VIAE · CLAVD · 1) FLAM · DIVI ‖ AVG ‖ P · STATIVS · Q · F · QVIR · SEVERVS · PATRI ‖ PIENTISSIMO — Ofenae (male Ameriae Mur.). Mur. 747, 1; corr. Mommsen, I. N. 6039.

1) Idem magistratus *curator viae Claudiae* in alio titulo Peltuinati dicitur (Mur. 747, 2 = I. N. 6040), bene autem distinguendus est a praetoriis viarum suburbanarum curatoribus. Quamquam etiam viocuros illos magistratus publicos fuisse, licet decreto quoque decurionum in iis eligendis opus esset, monumento quodam Sorano docemur, in quo *viocurus ex senatus consulto et decurionum decreto* commemoratur. Id quomodo fieri potuerit, facile intelliges, si civitates quoque ad vias sive muniendas sive tuendas vectigalia contulisse in mentem tibi revocaveris; cf. Ann. Inst. 1844, p. 85:

6515. M · BAEBIO · M · F ‖ ROM · SECVNDO ‖ AED · P*r*AEF · I · D · IIVIR ‖ Q*q* · *v*IOCVRO · EX · S C · ET · DD ‖ M · BAEBIVS · M · F · ROM · SABINVS ‖ M · VALERIVS · M · F · ROM · SEPTIMINVS ‖ M · VALERIVS · M · F · ROM · IVCVNDINVS ‖ HERED EIVS EX TESTAMENTO ‖ L D D D CVIVS DEDIC CRVSTVM ‖ ET MVLSVM POPVLO DIVISVM ‖ EST — Grut. 373, 8; ex apographo et ectypo a Brunnio confectis corr. Mommsen, I. N. 4497.

6516. M · ANTONIO ‖ VITELLIANO ‖ V · E · PATR · COL · ‖ CANVS · P · P · TRACHTVS · 1) APVLIAE ‖ CALABRIAE · LVCANIAE · BRVTTIOR · ‖ OB · INSIGNEM · EIVS · ‖ ERGA · PA-

TRIAM · AC · ‖ CIVES · ADFECTIONEM ‖ ET SINGVLAREM IN- ‖ DVSTRIAM AD QVIETEM ‖ REGIONIS SERVANDAM ‖ POSTV-LATV POPVLI ‖ D · D · P — Canusii. Mommsen, I. N. 646.

1) Magistratus esse videtur extra ordinem institutus *ad quietem regionis servandam*; cf. *praepositum Umbriae, Piceni et Apuliae*, Or. 3175.

6517. *l* · *gab*INIO · L · F · TER ‖ *cosmian*O · TRIB · LEG · VI ‖ ····· FLAM · PONT · P · COL ‖ *macrini* · *her*MOGENIANI · [1]) C · V · PRO‖*consulis* · AFRIC · CONSOCERO · PA*t* ‖ · · *gabini* · *te*R · ASPRI · PON · AVGVR ‖ *a patrimoni*O · AVGG · NN · ET · GRAPH[2]) ‖ *imp* · *antoni*NI · PATRONO · COL · TRI‖*dent* · *avo* · · · *g*ABINI · VINDICIS · POMPE‖*iani* · *patr* · *e*T · CVR · RERVM · PVBL ‖ *munic* · *prive*RNAT · ET · INTERAMN ‖ *lirenat* · *ad*VOK · SPLENDID · COLON ‖ ····· *venafra*NOR · ET · CASINATIVM ‖ *quod* · *operib* · PVB · NON · SOLVM ‖ *servandi*S · VERVM · ET · AVGEN‖*dis* · *omnem* · SOLLICITVDINEM ‖ *intenderit* *f*ORMAMQ · AQVAE ‖ *ductus* ···· ƆINI[3]) · INCVRIA · CON‖*lapsam* · *sing*VLARI · INNOCEN‖*tia* · *afflicti*S · REIP · VIRIBVS · RES‖*ti*TVERIT ‖ *interamna*TES · LIRENATES ‖ *patr* · *et* · *cur* · R · P · SVAE — Venafri. Descr. Garruccius; rest. Mommsenius. Mommsen, I. N. 4618.

1) Borghesius collato titulo I. N. 4619 Hermogenianum filium esse censet Macrinii Vindicis pr. pr. M. Aurelii Augusti; unde imperatores Severum et Caracallum esse apparet. 2) GRAPH*eum*, *γραφέα* dictum esse qui ab epistolis Graecis erat, B. suspicatus est; similiter *a patrimonio et ab epistolis* op. cit. n. 801. 3) [Nonne DIVT*ina*? Mommsen.]

6518. ····· *p*RAEF · VIGIL*um* ‖ FLAMINI · VVL[1]) ‖ MAGISTRO A LI*bellis* ‖ *ma*GISTRO A CE*nsibus* — Cusercolis, sed Roma allatus videtur esse. Vidit Rocchi; dedit mihi Borghesius.

1) Vulcani ?

6519. TI · CLAVDIO · ZENONI · VLPIAN · VERRAE · F ‖ TRIB · COH · I · ASTVRVM · TRIB · COH · I · FL ‖ BRITTON · PRAEF · ALAE · I · CLAVD · MILL ‖ ADIVT · AD · CENS · EX · SACRA · IVSSIONE ‖ ADHIBIT · IN · CONSIL · PRAEF · PRAET · ‖ ITEM · VRB*i* · PROC · AD · B · DAMNATORVM [1]) ‖ PROC · SILICVM · VIAR · SACRAE · VRBIS ‖ SVB · PRAEF · VIGIL · R · PROC · PRIVATAE ‖ REGIONIS · ARIMINENSIVM · PATRONO · ‖ COL · PISAVR · OB · EXIMIAM · ERGA · SE ‖ AC · PATRIAM · SVAM · BENEVOLENTIAM ‖ EIVS ‖ ············ — Pisauri. Mur. 1114, 5; corr. Marini, Arv. 474, not. 33; Kellerm. Vig. 30, a.

1) *Bona* DAMNATORVM.

6520. P · BASSILIO · P · FILIO ‖ CRESCENTI · ‖ TRIB · COH · I · GERMANOR · ‖ PROC · LVDI · MATVTINI · ‖ PROC · ANNONAE · AVG · OSTIS · [1]) ‖ C · VETTIVS · MERCVRIVS · CORN · [2]) ‖ EIVS · OB · DEDICAT · STATVAE · SPORTVL · ‖ NVMERO · S · S · [3]) VIRITIM · DEDIT · ‖ NVMERVS · CALIGATORVM · [4]) ‖ DECVRIAR · XVI · ‖ COLLEG · FABRVM · ‖ TIGNVAR · OSTIS · ‖ CVRA · AGENTIB · Q · TVRRANIO · ‖ HERMOGENEN · M · OCTAVIO ‖ ASCLEPIODOT · Q · TVLLIO · VITA‖LIONE · MAG · QQ ·

LVSTR · XXXIII — Ostiis eff., nunc in Mus. Vat. Kellerm. Vig. 274; vidi ipse.

1) Procuratores annonae, qui sub dispositione erant praefecti annonae urbis sacrae, Ostiis, in provinciis Narbonensi et Liguria, in Hispania, in civitatibus Africae cet. inveniuntur; cf. titulos sequentes et n. 3655. 2) CORN*icularius*. 3) *SubScripto*. 4) Caligatos in militia gregarios esse constat; in collegiis igitur corporati non honorati erunt.

6521. Q · ACILIO · C · F · PAPIRI*a* ‖ TVSCO V E PROC AN-‖NONAE AVGGG N N N *thibur*‖SICENSIVM [1]) PROC *ad* ‖ RES THEATRI POMP*eiani* [2]) ‖ *f*ISC*i* ADVOCATO COD*icil*‖*l*ARI [3]) STATIONIS HERED*ita*‖TIVM ET COHAERENTIVM CV*r* ‖ LAVRENTIVM VICO AVGVSTINORVM ‖ SACERDOTI LAVRENTIVM ‖ LAV*in*ATIVM RESP ‖ MVNICIPI SEVERIANI ANTONI‖NIAN LIB THIB BVRE [4]) ‖ PATRONO — Thibursicumburi. Maff. M. V. 461, 1; Temple, *Excursions* II, p. 310, 32; ex apographo Catherwoodii rest. Borghesius, *Jen. Litteraturztg*. 1847, n. 63, p. 250.

1) Nota sunt horrea sparsa per oppida Africae, in quibus annona sacrae urbis colligebatur (Amm. Marc. 28, 1, §. 17.) 2) Cf. n. 2637, in quo quamvis interpolato *procurator* tamen *ab scaena imperatoris Caesaris Domitiani* fortasse genuinus est. 3) i. e. nominatus ab imperatore. 4) LIB*eri* THIB*ursici* BVRE.

6522. SEX · IVLIO · SEX · F · QVIR · POSSESSORI ‖ PRAEF · COH · III · GALLOR · [1]) PRAEPOSITO NVMERI ‖ SYROR · SAGITTARIORVM · [2]) ITEM · ALAE · PRIMAE · HISPA‖NOR CVRATORI · CIVITATIS · ROMVLENSIVM · MAV‖RENSIVM · [3]) TRIBVNO · XII · L · FVLMINATR · [4]) CVRATORI · COLONIAE ARIENSIVM [5]) ADLECTO ‖ IN DECVRIAS [6]) AB OPTIMIS MAXIMISQVE ‖ IMPP · ANTONINO · ET · VERO · AVGG · ADIV‖TORI · · · · · · · ANTONINI · PRAEF · ANNON ‖ AD OTIVM · · · · · · · · · HISPANVM RECEN‖SENTVM · [7]) ITEM · SOLAMINA · [8]) TRANSFE‖RENDA · ITEM · VECTVRAS · NAVICVLA‖RIIS EXSOLVENDAS · PROC · AVGG · AD ‖ RIPAM BAETIS · SCAPHARII · HISPALEN‖SES OB · INNOCENTIAM · IVSTITIAM‖QVE · EIVS . SINGVLAREM — Hispali. Doni V, 50; Mur. 1099, 6; in ephem. Hispan. quibus nomen est *Gaceta de Madrid*, 1846, April. 26, titulus denuo editus eodem mense Hispali repertus esse dicitur, sive novum quoddam exemplum est, sive vetus illud diu notum. Quae diverse ibi leguntur, nisi aperte perperam exscripta sunt, in notis adiungam, neglecta tamen versuum distributione.

1) GALLORVM. 2) SAGITTARIOR. 3) M. ARVENSIVM, i. e. *Municipii* ARVENSIVM, recte; cf. Or. 164: *Municipii Martii* [imo *Municipes Municipii* [MOMMSEN.] *Flavii* ARVENSIS. 4) FVLMINATOR; emenda *Leg*. XII. FVLMINAT*ae*, ut Donius quoque nomen legionis exhibet. 5) ARCENSIVM male. 6) sc. quinque. 7) In his exempla omnia conspirant; sed quamvis facile pro *recensentum* emendetur RECENSENDVM, minime tamen intelligo, quid sit OTIVM cet. [AD OLEVM HISPANVM RECENSENDVM puto. De oleo urbicario vide Gothofred. ad C. Th. XIV, 15, 3. MOMMSEN.] — Antoninus ille praefectus quidam annonae sacrae urbis est. 8) Subsidia crede annonaria; cf. lex. Forcell. s. v.

6523. IMP CAESARI M AVRELIO ‖ SEVERO ALEXANDRO PIO ‖ FELICE (sic) AVG ET IVLIE MAMEAE ‖ MATRI DOMINI

N · ET · CASTROR ‖ TOTIVSQ · · D · D · STATION · FRVMENTARIORVM ‖ LOCVS ADSIGNATVS · AB · AGRICOLA · AVG · LIB · PROC · P · V [1]) ‖ ET PETRONIO · MAXSIMO · 7 · ANN · ET · FABIO · MARONAE (*sic*) · 7 ‖ OPERVM · [2]) DEDIC · III · NON · AVG · APPIO · CL · IVLIANO · ET · BRVTT ‖ CRISPINO · COS · [3]) PATRONO · Q TVRRANIO MASILA · CVRA ‖ AGENTE P · FLAVIO · FL · FILIO · FELICI · IVNIORE ‖ ET · VALERIO · DONATO · CVR [4]) — In aedibus episcopalibus Portuensibus; ipse exscripsi. Giorn. Arcad. XXVIII, 1825, p. 345. Nomina Alexandri et Mammaeae erasa data tamen opera leguntur.

1) *Portus Vtriusque.* 2) Centuriones annonae et operum in hoc titulo primum inveni; de iis cf. quae exposui in Eph. litt. Ienens. 1847, p. 245. 3) A. 977 = 224. 4) CVR*atoribus*, sc. stationis.

6524. L · COMINIO VIPSANIO SALVTARI ‖ DOMO ROMA P · V · A COGNITIONIBVS [1]) ‖ DOMINI N ‖ IMP · L · SEPTIMII · SEVERI · PERTINACIS ‖ AVGVSTI ‖ PROC · PROV · BAET · PROC · CAPIEND · VECT [2]) ‖ PROC · PROV · SICIL · PROC · ALIMENTOR ‖ PER APVLIAM · CALABR · LVCANIAM ‖ BRVTTIOS · SVBPROC · LVDI · MAGNI ‖ OPTIMO · VIRO · ET · INTEGRISSIMO ‖ IRENAEVS · AVG · N · VER · DISP · PORTVS ‖ ILIPENSIS [3]) PRAEPOSITO ‖ SANCTISSIMO — Hispali. *Mem. de la R. Academia de la historia, Madrid*, t. V, 1817, p. XXI.

1) Mar. Arv. p. 798 assessores principum in iure dicundo *a cognitionibus* appellatos bene ab iis distinguit, qui *electi* dicuntur *ad cognoscendas vice Caesaris cognitiones.* 2) Cf. *procuratorem vectigaliorum populi Romani,* Grut. 402, 4. 3) Strab. III, p. 174; Plin. N. H. III, 3, 11.

6525. D · M ‖ PHOEBI · ACTES ‖ AVG · L · [1]) L · PROC ‖ SVMM [2]) ‖ DEMETRIVS ‖ PENSATA ‖ PARENT · OPTIM — Romae. Borghesius repperit in codice Rigazziano Ariminensi.

1) Neronis amica. 2) SVMM*arum*, sc. rationum; cf. *rationalem summarum* C. Th. X, 1, 7, et Avellino, Opusc. III, p. 34.

6526. GAVDENTI ‖ C LVCCEIO PETILIO C · V ‖ PRAEPOSITO IN VRBE RO‖MA THERMARVM FELICIVM ‖ CONSTANTINIANARVM PLENO ‖ HVMANITATIS ET IVSTITIAE MA‖GISTRO · AEQVITATIS ET TOTIVS AVC‖TORI GRAVITATIS ET BENIBOLENTIAE ‖ SAPIENTISSIMO ET ELOQVEN‖TISSIMO PRO SVMMA IN ‖ SE BONITATE IN CVRIA QVOD OMNE ‖ GENVS EIVS PEDESTRIBVS STATVIS ‖ TOT TANTISQVE DISPOSITIS MERITVM ‖ OSTENDAT INSIGNEM PATRONO PRAES‖TANTISSIMO EXCVBIIS EIVS SEMPER FVL‖TVS SPLENDIDISSIMVS ORDO ‖ ABELL*i*NA*tiu*M ‖ CENS — Abellini. Mommsen, I. N. 1882.

7125. D · M ‖ M · SEPTIMI · ANTEROTIS ‖ VIII·VIR · FIRMI ‖ SEPTIMIA · M · L · ATLICE [1]) — Firmi. Bull. Inst. Arch. 1839, p. 59, n. 19.

1) Corr. AT*t*ICE. Graecum viri cognomen libertum eum esse declarat, ut Calpurnium quoque Celadum inscriptionis sequentis.

7126. C · CALPVRNIVS ‖ CELADVS ‖ VIIIVIR BIS [1]) ET ‖ C · CAVAE · SALLVIE ‖ CONIVGI — Ibd. l. l. n. 20.

1) Corrigendum esse SIB ex sequenti particula ET Gennarellius coniecit [num BISELL*iarius*? Mommsen.]; ceterum versus quoque quartus corruptus est.

Hos autem octoviros Augustalium in illis civitatibus praesides fuisse e Falerionensi titulo l. l. p. 58, n. 15 patet:

7127. C · FVFICIO ‖ C · L · GENIALI VIII‖VIR · AVG · FIRMI ‖ ET · FALERIONE ‖ CARDANA · T · F ‖ PROCVLA VXSOR ‖ POSVIT ·

7128. DIVIDI IVSSIT XII K OCTOBR DIE NATALIS SVI ‖ *decurioni*BVS ET XVIRIS ET $\overline{\text{Q}}\ \overline{\text{V}}\ \overline{\text{V}}\ \overline{\text{I}}$ [1]) VXORIBVSQVE ‖ *filiis fra*TRIBVS ET FILIABVS SORORIBVSQ SIMVL ‖ *discumben*TIB ITEM $\overline{\text{VI}}$VIRIS AVG ET VXORIB EORVM ‖ · · · · · · · VS SPORTVLAS ITEM POPVLO FIERI ‖ *divisiones* ET PVERIS NVCES SPARGI DIE · S S · ET ‖ · · · · *il*LVMINATIONE — Ferentini. Mur. 762, 6; exscripsit mihi accuratissimus Giorgius Ferentinas.

1) Quae in his litteris lateant, equidem ignoro. Neque de decemviris satis mihi constat, nisi collegium quoddam eos credere licet magistratuum extra ordinem, si quando ordinarii magistratus creari non potuerant; cf. inscriptionem sequentem.

7129. C · ACONIVS · L · F ‖ PORRVS ‖ Q · X·VIR · S · C · PRO ‖ IIIIVIR [1]) — Rep. Faleriis, nunc in horreis Musei Vaticani, ubi vidi cum Mommsenio. *Memorie Romane* III, p. 74, n. 46.

1) Q*uaestor* *decem*VIR. S*enatus* C*onsulto* PRO IIIIVIR*o*.

§. 13. AEDILES MVNICIPIORVM ET COLONIARVM. QVAESTORES. CEREALES.

N. 3972: vv. 5 et 6 ab initio et in fine mutili; Zandonati, *Guida d'Aquileja* p. 223, XCV.

N. 3975: v. 3. ITERVM; v. 4. POMPEIS; v. 7. pro SP I. ST, *Statii*; v. penult. ∞ Ⅼ (?); Mommsen, I. N. 1999.

N. 3978, susp.

N. 3979: v. 3. CVI; v. 5. PLEBEIA; v. 6. EST, ita ut recte Hagenbuchius correxerit; post VRBANA insere: EX . AERE . CONLATO; v. penult. ADMINISTRATVM. Litteras I . D (v. 4) explica *iurisdictio*. Tonini, *Rimini* p. 336, n. 13 ex Cod. Rigazziano.

N. 3980: v. 2. ARAM; v. 3. LATIN(*ius*); v. 4. Q . ALiM . AED. — Mommsen, I. N. 243.

N. 3987: v. 2. CALVENTIVS; v. ult. AERAR; Furlanetto, *lap. pat.* XLVI, p. 46.

N. 3988: male Or. *arcarios* pro iisdem cum quaestoribus habet, quum hi ingenui, illi liberti vel servi publici esse soleant.

N. 3991, qualis ab Orellio datur, ex textu Gruteriano et Doniano s. Muratoriano compositus est; hic autem Ligorianus est. Titulum vidit nuper de Rossi, qui scripturam Gruteri ita confirmat, ut in versu quidem altero nihil legi, in tertio vero et quarto sola vocabula AED et Q . AL adhuc exstare tradat; ante versum denique ultimum notas vidit L . A . D . D, *loco adsignato decreto decurionum.*

N. 3992: v. 2. C . FIL; v. 4. IVR . D; Mommsen, I. N. 1478.

N. 3993: fin. ET . BASSAEA ‖ IANVARIA . PARENT; id. 1479.

N. 3994: v. 1. FIL; v. 3. pro PRIMO scr. PR, qua lectione omnia refutantur, quae de *primo cereali* Or. proposuit (cf. n. 7025 seqq.), et *Praetores Cereales* Beneventi fuisse apparet; v. 11. LENTIAM (pro *linteam*) CAETERAQ; v. ult. RVT . MANILIVS.

N. 3996, v. corr. n. 6671.

7130. C · HERENNIO · C · F ‖ TER · MELAI ‖ AEDILI · II·VIR · ‖ L · NONIO · ASPRENATE · CoS [1] ‖ III · NON · SEPT · H · X · NATVS · EST ‖ A · GABINIO · SECVNDO · COS [2] ‖ III · NON · SEPT · H · X · MORITVr ‖ MELANTA · FILIO — Venafri. Mommsen, I. N. 4632; cf. Bull. Inst. Arch. 1847, p. 1.

1) A. 6 p. Chr. a. cum M. Aemilio Lepido, suff. in locum L. Arruntii. 2) Cos. ante annum 41, quo legatus fuit Germaniae inferioris; cf. Borghesi, Bull. l. l.

7131. D · M ‖ P · AELI · P · F · CAMIL ‖ OCTAVI ‖ AED · II·VIR · I · D · POL — Polae. *Istria* VI, p. 137.

7132. D · M ‖ T · TER · CAE·SIANO ‖ DECVRIONI ‖ AEDIL · DEF · AN · XXIII ‖ TE·RENT · PRIMVS ‖ LIBERT — Salonae. Lanza, *lap. Salonit.* n. XXXIII.

7133. EX INIQVITATIBVS ‖ MENSVRARVM ET PONDER ‖ C · SEPTIMIVS CANDIDVS ET ‖ P · MVNATIVS CELER AED ‖ STATERAM AEREA ET PON‖DERA DECRET · DECVR ‖ PONENDA CVRAVERVNT — Tabula aerea rep. prope *Catholicam* inter Pisaurum et Ariminum. Bull. Inst. Arch. 1840, p. 96; Tonini, *Storia di Rimini* p. 297, n. 22, qui ligno incisam dat.

7134. · · · AIDILIS ‖ · · AIRID · · ‖ AV · · · · · — Lanuvii; litteris vetustissimis. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 67.

7135. M · VLPIO · M · *f* ‖ AEM · NATALI ‖ AED · [1] Q · ALIM ‖ HIC · AD · DECLARAN‖DAM · ORDIN · DEC ‖ ET · POPVLI · BENIVO‖LENTIAM · OBLA*tam* ‖ SIBI · OB · EDITIO‖NEM · MVNE‖RIS · P · STATVAM ‖ D · D · S · P · *p* · — Fundis. Ann. Inst. Arch. 1849, p. 238; Mommsen, I. N. 4151.

1) Aediles Fundis summum magistratum obtinuisse vidimus; cf. nn. 7037. 7038.

7136. RVSTIVM · VERVM · A · V · A · S · P · P [1] ‖ AVGVSTO · FELICITER · AEDILES · SIC · DECET — Pompeiis. Bull. Inst. Arch. 1841, p. 171.

1) *Aedilem Viis Annonae Sacris Publicis Procurandis*; cf. 6971, et n. 6972, in quo idem Rustius aedilis dicitur.

7137. Aediles Pompeianos antea vidimus *duumviros* nonnunquam dictos esse V*iis* A*nnonae* S*acris* P*ublicis* P*rocurandis*, ut in hoc monumento: M · SITTIVS · M · L ‖ SERAPA ‖ MERC · MAIAE [1] ‖ SACRVM · EX · D · D ‖ IVSSV ‖ P · ROGI · P · F · VARI ‖ M · MELSON*i* · A · F · ITER ‖ D · V · I · *d* ‖ N · PACCI · N · F · C*h*ILO*nis* ‖ M · NINNI · M · F · POLL*ion* ‖ D · V · V · A · S · P · P ‖ M · CRASSO · CN · LENTVLO ‖ *cos* [2] — Mommsen, I. N. 2258. Cf. nostros nn. 6968, 7051 cet.

1) Mercurio, Maiae. 2) 740.

7138. A . VETTIVM ‖ FIRMVM VERECVNDISSIMVM ‖ IVVENEM · D · V · A · S · P · P · O · V · FACIATIS — Pompeiis. Bull. Inst. Arch. 1841, p. 118.

7139. L · VINNIO · L · F · PAP ‖ FRONTONI · AED · I · D [1] ‖ OB · MERITA · VINNI ‖ FLAVIANI · *tr* [2] MIL ‖ PATRIS · EIVS ‖ P · D · D ‖ AVRELIA · MARCELLA · AVIA ‖ M · ANNIVS · MAR‖CELLVS · FRATER ‖ REMISSO · R · P · SVM*p*T*u* — Ausculi Apuli. Torcia, *Effem. enciclop. Giugno* 1795, p. 78; Mommsen, I. N. 911 suo iure correxit.

1) Eosdem magistratus novimus apud Caeretanos (Or. 3787) et Beneventanos (v. n. sequentem). 2) Torcia PATR; fortasse P . P . TR, Mommsen. [Iam malim *Patroni Municipii TRibuni*. IDEM.]

7140. M · GAVIVS ‖ M · FIL · PALAT ‖ SABINVS ‖ SCRIBA · AED ‖ I · D · PRAEF · FAB ‖ SIBI · ET ‖ NASENNIAE · M · F ‖ IVSTAE · VXORI · B · M — Grut. 415, 9; corr. Mommsen, I. N. 1484, ex apographo Ambroschii. Cf. eiusdem n. 1489.

7141. *Quaestores* vide passim. Hic sufficiat proposuisse inscriptionem sequentem Brixianam *quaestoris aerarii*: M · MINICIO ‖ M · F · FAB ‖ QVINTIANO ‖ DECVR · BRIX · ‖ Q · AER · M · MINICIVS ‖ MINICIANVS ‖ AVNCVLVS · EX · TESTAM ‖ AEIVS · FACIENDVM ‖ CVRAVIT — Labus, *epigrafe di Brescia*. — De *cerealibus* autem et quaestoribus rei alimentariae cf. ad n. 7025 et n. 6666 cet.

§. 14. VARIA MVNERA MVNICIPALIA.

N. 4002, spurius; Mommsen, I. N. 156*.

N. 4006, v. A. sur. MAXIMILIANO.

N. 4007: Mommsenius, I. N. 1486, in textu inscriptionis constituendo exemplum secutus est, quod de Vita proposuit, confirmatum a correctore quodam operis Smetiani in Bibliotheca Borbonica asservati.

N. 4008: v. 1. *procuratorem kalendarii* nunquam me videre memini; si recte titulus exscriptus est, explico: PROC. *Kastrensis*; quamvis enim ne procuratorem quidem castrensem noverim praeter suspectum n. 2972, *procuratorem* certe *rationis castrensis* habemus n. 6529.

N. 4009: confictus esse videtur ex Suet. de illustr. gramm. c. 17, nec FAS pro *fastigio* posuit falsarius, sed FAS*tos* Verrii indicare voluit.

N. 4011, corr. 3264.

N. 4012, in fine deest P. P; Mommsen, I. N. 2003, cuius testis locupletissimus Remondinius, *St. Nol.* I, 35, de sinceritate tituli dubitari non posse demonstrat.

7142. C · 1) ACLVTIVS · L · F · TER · GALLVS ‖ DVOVIR · VRBIS · MOENIVNDAE · BIS 2) ‖ PRAEFECTVS · IVRE DEICVNDO · BIS ‖ DVOVIR · IVRE DEICVNDO · TR · MIL ‖ LEGIONIS · *pr*IMAE · 3) TR · MILITVM ‖ LEGIONIS · SECVNDAE · SABINAE 4) Venafri. Cotugno, *Mem. storiche di Venafro*, p. 267; de Utris Ms. Ex his Mommsen, I. N. 4627, qui in lapide scalpro abraso pauca tantum vocabula ipse enucleavit.

1) L, Cot. 2) Fuit igitur Aclutius inter primos colonos Venafranos. *Venafrum* autem *oppidum quinque viri deduxerunt sine colonis* (de col. p. 239 ed. Lachm.), ubi Borghesius (*Archivio storico* XVI, I p. XCIV) cum Panvinio *IIIIviri* legendum esse inscriptione quadam Venafrana comprobat, in qua COL. IVL. VENAFRVM civitas illa dicitur (n. 6662; cf. I. N. 4622); sed fortasse ad Sullanam quandam coloniam quinqueviri spectabant; cf. Zumpt, Comm. epigr. p. 347 et quae ipse de colonia Venafrana notavi in explicatione edicti Caesaris Augusti de aquae ductu Venafrano (*Strenna giubilare offerta a' fautori dell' Instituto archeologico* cet. p. 10, n. 4.). 3) IX. IMAE, male de Utr.; corr. M. 4) Cf. n. 6672.

7143. Q · OVIVS · OV · F ‖ TR · PL · 1) VIAM ‖ STRAVIT — Venusiae. Mur. 507, 6; corr. Mommsen, I. N. 704, ubi v. cet. — Litterae sunt vetustissimae. Est iam n. 6218.

1) Cf. Tribunum plebis Teanensem n. 5985.

7144. *Actorem publicum* magistratum, non servum vidimus in monumento Lugdunensi n. 6931.

7145. L · D · D · D ‖ T · FL · T · F · FAB · SILVANO · PATR · MVN ‖ EBVR · IIVIR · II QQ QVEST (sic) · ARK · CVR ‖ REI FRVMENT · HVIC · COLL · DENDIIROPHORR (sic) · OB EXSIMIAM ERGA ‖ SE BENIVOLENTIAM ET SPEM PER‖*p*ETVAM STATVAM DIGNISSIMO ‖ PATRONO POSVERVNT CVIVS STA-‖TVAE HONORE CONTENTVS OB‖TVLIT · COLL · SS · HS VIII M N VT QVODANNIS ‖ NATALI EIVS DIE III IDVVM DECEMBR ‖ CONFREQVENTENT V*bi dedit o*B STATVAE D*e*‖DICATIONEM COL P*atron sing* HS XX N E*t* ‖ *q*Q IIVIR AEDILIC · S*ing iis* · · N ET CETE‖RIS · CONDEC · SING · HS · · · *n singul*ISS (sic) 1) AVGV*s*‖TALIB · HS XII N COLL DEND*r*OPHOR ET ‖ FAB · SING · HS · MILLENOS ET EPVLVM ‖ PLEBEIS · SING · HS · · · N ET VISCERATIONEM — in latere sinistro: DEDICATA · V · KAL · APRIL ‖ *an*NO IIVIR C STLACCI VA · · · · ‖ CN · BRINNII · STEP*h*ANI — Ebure. Interpolatum ed. Lupoli, Opusc. p. 254; vidit et corr. Mommsen, I. N. 189; cf. eundem Bull. Inst. Arch. 1847, p. 119.

1) Alteram S errori scalpri M. tribuit, et supplevit *sevir*ISS; ego vocem *singulis* vix omitti posse, et in omnibus fere illius regionis civitatibus solos Augustales fuisse puto; cf. *Ztschr. f. A. W.* 1848, n. 26, p. 102.

7146. D · M · S ‖ M · MARCIO · M · F · FAB ‖ IVSTO · VET · DIVI · HAD ‖ EQVITI · CHO · VII · PR · ‖ IIII·VIR · AED · IIII·VIR · I · D ‖ CVRATORI · ANNO · II [1] ‖ CVRATORI · AQVAEDVCTV ‖ VIX · A · LXV ‖ M · MARCIVS · EVTYCHES ‖ ET · MARCIA · RESTITVTA ‖ PATRONO · OPTIMO · SVIS ‖ AMANTISSIMO · B · M ‖ ET · SIBI · SVISQVE · POS‖TERIS · EORVM ‖ HVIC · MONVMENTO ‖ TERRA · CEDIT ‖ IN · FRONT · P · XXXV · IN · AG · P · LX — Rep. inter Albam Fucentem et Lucum. Mommsen, I. N. 5630; ubi videsis varias scripturas editorum. Vidit nuper Brunnius.

1) Ita Brunnius cum omnibus praeter Promis, *Alba Fucentie* p. 249, qui ANNON scripsit, quod Mommsenius in textum recepit. Nec mihi dubium, quin recte hoc factum sit, ita ut errore quadratarii illud ANNO . II in lapide scriptum esse credam.

7147. D M S ‖ SVITIAE SEX · F · SECVNDIN ‖ C · MVNATIVS C · F · VOL ‖ MARCELLVS AED IIVIR ‖ I · D · QVAEST · II · FRVMENTI ‖ CVRATOR · [1] FECIT SIBI ET [2] ‖ VXORI OPTIMAE ET HONES‖TISSIMAE CVM QVA PER ‖ ANNOS IX CONTINVA *et* ‖ INCOMPARABILI COM*itate* ‖ VIXIT — Tereventi. Id. 5175. Eius tamen apographum cum archetypo nuper contulit Ambrosius Caraba vir diligentissimus artisque epigraphicae valde peritus, cuius scriptura quum nonnullas, quae in exemplo Mommseniano reliquae erant, difficultates tolli vidissem, in textum eam recipere non dubitavi; v. Ann. Inst. Arch. 1854, p. 23.

1) Est igitur *quaestor iterum*, *frumenti curator*. 2) Mommsenius legit E S C S P F ex senatus consulto sua pecunia fecit, recte; quae enim hoc loco Caraba legere sibi visus est, ad cetera minus bene quadrant.

7148. IN · H · D · D ‖ DEABVS · NIM‖PHIS · SIGNA · ET ‖ ARAM · C · CA‖RANTINIVS ‖ MATERNV‖S · PRAEFECT‖VS · AQVE [1] ‖ V · S · L · L · M — Castelli, nunc Mogontiaci. Steiner, I. Rh. 338; I. Dan. et Rh. I, 256.

1) AQVaE, St., munus plane singulare, unde de praefecto AQVE*nsium* (Mattiacorum) aliquis cogitare possit; cf. tamen titulum sequentem.

7149. T · SABIDIO · T · F · PAL ‖ MAXIMO ‖ SCRIBAE · Q · SEX · ‖ PRIM BIS · PRAEF · ‖ FABRVM PONTIFICI ‖ SALIO CVRATORI ‖ FANI HERCVLIS V [1] ‖ TRIBVNO AQVARVM ‖ Q · Q · PATRONO ‖ MVNICIPII LOCVS ‖ SEPVLTVRAE DATVS ‖ VOLVNTATE POPVLI ‖ DECRETO SENATVS ‖ TIBVRTIVM — Tibure. *Giorn. Arcad.* LXXVI, p. 323; Viola, *Tivoli nel Decennio* cet. p. 7; Bull. Inst. Arch. 1849, p. 90; vidi ipse cum Mommsenio.

1) Hercules *Victor* Tiburtinus.

7150. L · APPVLEIVS ‖ C · F · ANI · NIGER ‖ IIVIR ‖ CVRATOR VIARVM ‖ STERNENDARVM ‖ PEDVM · DECEM ‖ MILLIA . VIAM ‖ SVA · PECVNIA ‖ FECIT — Allifis. Grut. 152, 1 cet.; v. Mommsen, I. N. 4764.

7151. IN · H · D · D ‖ DEO · MERCVRIO · L · SENILIVS ‖ DECMANVS · Q ‖ C · C · R · M · NEG · MOG ‖ C · T · 1) V · S · L · L · M · SAT‖VRNIO · 2) ET · GALLO · COS — *Finthen* prope Mogontiacum. Steiner, I. Rh. et Danub. I, n. 557.

1) *Quaestor*, *Curator Civium Romanorum Mogontiaci*, NEGotiator MOGontiaci, *Civis Taunensis*; ita recte St. et Klein, *Ztschr. d. A. V. zu Mainz* I, 2, p. 211, 68, nisi quod pro *curatore* scribunt *censitor*; sed cf. nn. 4020. 4976. 2) l. SATVRNINO, cos. a. 198.

Propter raritatem officiorum hunc quoque titulum afferre liceat:

7152. C · CALPVRNIO ‖ P · F · QVIR · FLACCO ‖ FLAM · P · H · C ‖ CVRATORI · TEMPLI ‖ PRAEF · MVRORVM ‖ COL · TARR · EX · D · D ‖ C · CALPVRNIVS · FLACCVS ‖ HONOREM · ACCEPIT ‖ IMPENSAM · REMISIT — Tarracone. Grut. 382, 7; Finestres, Inscr. Catal. III, 12.

7153. *ti · caesari divi au*GVSTI · F · DIVI · IVLI · N · AVG*usto* ‖ *pont · ma*XIMO · TRIB · POTEST · XXXIIII · COS · V · IMP · VIII 1) ‖ · · · · L PRISCVS FILIVS CVRATOR LVSVS 2) — Tusculi. Bull. Inst. Arch. 1835, p. 154; ipse vidi.

1) A. 32 vel 33. 2) Sc. *iuvenum*.

7154. ATHENASI ‖ L · ANNIO · L · FIL · OVF ‖ RVFO · E · V · IN OMNI ‖ ACTV · VITAE · SVAE · ‖ PATR · COL · HVIC · POPL · ‖ APVT · IVDICES · 1) EQVES‖TREM · POSTVLASSET (sic) ‖ CONTENTVS · HONOREM (sic) ‖ STATVAE PEDESTRIS ‖ VOLVNTATI EORVM GRA‖TIAM RETVLIT — Canusii. Mommsen, I. N. 643.

1) Mommsenius in Indice XIV. s. v. *corrector*, collatis nn. 1422. 1423 (Grut. 424, 1; Mur. 1032, 5), iudices pro correctoribus habet. Mihi contra municipales magistratus indicatos esse magis placet; populus enim apud ordinem honores patronorum postulare solet.

7155. T · SABIDIO · VICTORE · ET · D · RVPILIO ‖ *me*NANDRO · SCRIB · R · P 1) — Tibure in fistulis plumbeis. Viola, *Tivoli nel decennio* cet. p. 13; Bull. Inst. Arch. 1849, p. 92; vidi ipse cum Mommsenio.

1) Scribas rei publicae operibus publicis praefuisse nomenque in iis inscripsisse, mihi certe novum est.

7156. CAECILIA · SALVTARIS · MAT ‖ P · OCTAVIO · P · LIB · SVCCESSO ‖ LIC · 1) IIVIRALI · CAPVAE ‖ CAECILIAE · Q · F · SALVTARI ‖ SIBI · SVISQVE · SOLO · PRIVATO ‖ VIVI · FECERVNT — Capuae; exstabat olim Casertae, nunc in R. Museo Neapolitano. Mur. app. 6, 8; Mommsen, I. N. 3632.

1) LIC*tori*.

7157. ANTEROS · L · HERACLEO · SVMMAR ‖ MAG ‖ LARIB · ET · FAMIL · D · D — Stabiis in R. Mus. Neap. allatus. Avellino, Opusc. III, p. 20; Donat. 46, 3; Mommsen, I. N. 2173, ubi v. cet.

7158. C · NORBANI ‖ SORICIS ‖ SECVNDARVM ‖ MAG · PAGI ‖ AVG · FELICIS ‖ SVBVRBANI ‖ EX · D · D ‖ LOC · D — Pompeiis, nunc in R. Mus. Neap. I. N. 2209, ubi v. cet.

7159. PHILEMONIS · SECV · MAG · GEN · C [1]) — Herculanei. Id. 2388; cf. Avellino, Opusc. III, p. 11.

1) SECV*ndarum* MAG*istri* GEN*io* C*ivitatis*. Inscriptio legitur in basi parvae statuae Fortunae.

7160. DAMA · PVP · AGRIPPAE ‖ MANLIANVS · LVCRETI ‖ ANTEROS · STAI · RVFI ‖ PRINCEPS · MESCINI ‖ MINISTRI · PAGI ‖ AVG · FEL · SVB*urb*AN ‖ PRIMI · POSIE*run*T (sic) ‖ TI · CLAVDIO · NERONE · ITER ‖ CN · CALPVRNIO · PISONE · COS [1]) — Pompeiis. Id. 2293, ubi v. cet.

1) A. v. c. 747. — Ceterum hi *ministri* ad sacra pagi pertinent iidemque sunt, qui *ministri Fortunae Aug.* dicuntur; cf. n. 2465.

7161. C · CLOD*i*IVS · MILE*s* ‖ BRVNDIS*i*NVS [1]) — Brundisii. Mommsen, I. N. 487, qui sinceritatem tituli testimonio suo confirmat.

1) Miles, ni fallor, est municipalis publicae securitatis caussa delectus, ut cohortes Urbanae et vigiles Nemausenses. [Vide ne *Miles* cognomen sit. Mommsen.]

7162. · · · · · · ı · · PUIVII · · · · · · · ‖ · · · III · · · OCCIVS FELIX · · · · · · · ‖ · · · M FILIO VIR · · EOP · · · · · · · · · ‖ · *i*IIIVIR SAC · · · · · · · · · · · ‖ M ANTONI N · · · · · · · · · · · · · ‖ OB HONOREM *i*IIIVIR*atus statuam* ‖ EX HS VI MIL N̄ SVA *pecunia* · ‖ POSVIT AD CVIVS DEM · · · · · · [1]) ‖ SPORTVLAS DENARIOS · · · CVI [2]) · · · · · · · · · ‖ SECVNDVM MATRICEM PVBLIC*am et* · · *den* · · · ‖ CIVIBVS DE SVO DEDIT EM [3]) · · · · · · · · · ‖ LVDOS SCAEFLCOS [4]) · · · VM IISSIIIF — Constantinae. Exscr. de Grabow; misit Gerhardus. Ipse restitui, quae potui.

1) l. DE*dicationem*. 2) l. . . . *de*CV*rionibus*. 3) *it*EM? 4) l. SCAENICOS.

§. 15. MAGISTRATVS IN MVNICIPIIS ET COLONIIS GALLICIS.

N. 4020: not. 2. Q est *quaestor*.

N. 4025: not. 1. PR ad cohortem spectat et est PR*aetoriae*.

N. 4030: IIIIvir, quem Or. coloniae Apollinaris Reiorum magistratum fuisse censet, Nemausensis videtur esse, *pontifex* coloniae Reiorum; cf. Grut. 468, 6.

§. 16. IMPERATORVM ET PRAESIDVM RESCRIPTA AD MAGISTRATVS MVNICIPALES. FASTI MVNICIPALES. DECRETA MVNICIPALIA DE PATRONATV, HOSPITIO, STATVIS PONENDIS, BISELLII ET FVNERIS PVBLICI HONORE CET.

N. 4033: omisit Or. v. 12: SVF . K . IVL . L . FVLCINIVS . TRIO . COS . — Cetera quae varie apud varios editores exhibentur, v. apud Mommsen, I. N. 1968.

N. 4034: in vv. 1. et 2. sola vocabula FAVSTO et SEX adhuc apparent; vv. 3. 4. RVPILLVS ‖ V F CVM; R tamen parum certa est, quare PVPILLVM legendum eundemque eum esse puto cum Cornelio Pupillo Or. 1393 et Grut. 397, 3; v. 22. pro *in ara et* l. ITA AMET; v. 25. pro *omnia eius* l. ORNATVS; vidi ipse in Mus. Cap.

N. 4035: spurius; cf. Mommsen, I. N. 123*.

N. 4036: v. 4. 5. AVIDI‖ACCO; deinde T . BLAESIO.

N. 4038: v. 3. IACH . NA; deest littera una, vel fortasse duae; v. 7. LEONAN; not. 1. consules sunt anni 162; Borghesi, *Iscr. d. porta Marsia*, p. 2 (ex *Archivio storico ital.* vol. XVI). Legitur in eodem lapide cum n. 2531. Vidi ipse.

N. 4039: v. 15. QVIBVS; vidi ipse.
N. 4040, v. n. 7168
N. 4042: Mommsen, I. N. 4554, non recepit quae sequuntur post DEDICAVIT-QVE.
N. 4043: v. 1—3. M . SENTIO CRISPINO ‖ DECVR . II.VIR . OMNIB . HÓNER ‖ FVNCTO . HVIC cet.; v. 8. 9. ES‖TIVALIVM; v. 11. init. QVE . PORTICOS; vv. 11. 12. CIRCV‖MCINGENTES COLIMBVM A SOLO; v. 13. 14. AMPLI‖FICANDAM. Versus quoque minus recte ab Or. divisi. Post curas Eduardi Philippi (Mommsen, I. N. 7234) correxit nuper diligentissimus Brunnius, qui, quamvis recte in ceteris viderit, ea certe, quae in v. 2. legisse sibi visus est, mihi quidem minime persuasit. Neque enim duumvir, neo decurio esse poterat, qui bisellíatu et ornamentis decurionatus honoratur. Quapropter verum credo vidisse Philippium, qui scripsit: DECVRIONAT. . HONORIBVS . HONER‖ATO. — V. 13. ante *amplificandam* particulam AD a quadratario omissam esse patet. — Mommsenius, I. l. et n. 4209 Interamnae Lirinati titulum tribuit.
N. 4044; v. 6. L̄ . LIB; v. penult. MONIMENTVM; v. ult. MVNATI . FAVSTI . F.; Mommsen, I. N. 2342. 2346.
N. 4045: v. 1. N . ISTACIDIO; v. 2. PAG . PAG .; v. 3. N . ISTACIDIO; SATVLLAE; v. ult. IN FRONTE . ĪĪ DES; id. 2343. De *paganis* cf. Borghesi, apud Furlanettum, *lap. d'Este* p. 16 seqq., ubi collegium eos fuisse probavit pago praepositum, cui magister pagi praesidebat.
N. 4046: v. 7. INPENSIS; in nominibus eorum, qui adfuerunt, v. 2. GRACCHVS; v. 3. M' . FLAVIVS; vidi ipse in Mus. Cap.
N. 4047: v. 2. pro ĪĪ correxi BIS, *bisellìario*; *Ztschr. f. A. W.* 1848, p. 305. Varias scripturas v. apud Mommsen, I. N. 4040.
N. 4050, idem qui n. 3810.
N. 4052: v. 7. OPTVMO; v. ult. PEDESTRE (sic); Mommsen, I. N. 4052.

7163. Fragmenta fastorum municipalium reperta a. 1778 in foro Praenestino, ed. Petrini, *Memorie prenest.* III, 4:

. . . *s* EDATV*s* . . .
LVS · II·VIR
AED
. . AVIVS · MVSCA Q
*germ*ANICI · F · IIVIR · QVINQ ·
. . . . SEDATVS · PR [1])
. . . VS · AED
. . . QVEST

. . . . CI
. . . . VS · Q · SPID · ·
. . . . VS · CELER · SI · ·
. . . NVS · A . . . .

1) PR*aefectus*, sc. duumviri quinquennalis principis familiae Augustae. Cf. quae de quinquennalitate a summis magistratibus assumpta exposuimus, n. 7075. — Ad eandem coloniam pertinet hoc fragmentum et ipsum in foro Praenestino effossum:

		DOLABELLA	II*vir*
7164.	M · SAMARIVS [1])	ROIANVS [2])	A*ed*
	C · MASSIENVS [3])	Q · AVIVS [4])	QV*aest*
	SEX · CAESIVS	P · CORNELIVS	*iivir*
	Q · CALLEIVS [5])	L · NASSIVS	A*ed*
	C · SALVIVS	C · SERTORIVS	QV*aest* [6])
	L · CVRTIVS	T · LVCRETIVS	IIV*ir*
	STATIOLENVS	C · VIBIVS	A*ed*

C · PASSIVS QVA*est*
M · PETRONIVS QV*inq*
Q · ARRASIDIVS *aed*
T · APONIVS QV*aest*

— Cecconi, *St. di Palestrina* p. 27. Columna prior maioribus litteris scripta exhibetur; dubito tamen, num re vera monumentum ita exaratum fuerit, quum nomina columnae alterius cum alterius nominibus coniungenda esse facile appareat.

1) SAMIARIVS, Petrini, Memorie III, 5. 2) ROTANIVS (?), l. l. 3) MESSIENVS, id. 4) Q . FLAVIVS, id. 5) CALEIVS, id. 6) QVA*est*, id.

7165.

· · · · · · · SIVI ET O
· · · · · O · HVNC · VIVI*ri et*
HONORE FVNCTI ROGARVNT VT EO
HONORE FVNGERETVR
C · IVLIVS DIVI AVGVSTI L · SOSTHENES
M · IVNIVS FELIX (a. 30.)
M · ETRILIVS · EROS
L · FADIVS · HETARIO
K · AVG · HONOR · P · D · LVDOS · IN · FORO
PER IIII FECERVNT
(a. 23.) C · ASINIO · C · ANTIST · COS
L · MANLIO L PLAVTIO II·VIR
Q · CALVIVS AQVILA
L · TREBVLANVS PAMPHILIO
M · ETRILIVS · ONOMASTVS
Q · VRSIVS · SECVNDIO
T · TREBVLANVS · FELIX · PRAEC
K · AVG · HONOREM · EDEDERVNT · LVD
PER · IIII · FECERVNT · IIII · PRIMI
NATALE IVLIAE AVGVST IN PV*blic*
CENAM DECVRION ET AVGV*stalibus*
DEDERVNT EORVM SEVIRI [1] *munus*
(a. 108.) FAMILIA GLADIAT *ediderunt*
APPIO ANNIO GALLO M ATIL*io*

ANTONIVS
M · TREBVLAN
K · AVG · HONOR
L · CASSIO LONG
M · VRSEIO · RVFO
SABINO
C · IVLIVS
C · GEMIN
SEX · RVBR
TI · PLAVTIVS
K · AVG
M · IVN

— Fragmentum fastorum collegii, ni fallor, magistrorum Augustalium nescio cuius coloniae; cf. *Ztschr. f. A. W.* 1848, p. 195 sq. — Ed. E. Q. Visconti, *Opere varie* I, p. 79. Parvulum eius fragmentum asservatur in Mus. Vat., in quod ex Museo Ienkins illatum est.

1) Seviros Augustalium magistros esse, ex his quoque verbis apparet; aliter enim illud *seviri eorum* intelligi nequit.

7166. EXEMPL · DECR · Q · F ‖ Q · IVNIO · SILANO · ET ‖ L · SEPTIMIO · VALERIANO · COS [1] ‖ POSTVLANTE · CLAVDIO · MARONE ‖ VTI · LOCVS · AD · STATVAM · PONENDAM ‖ OPTIMAE · MEMORIAE · VIRO · QVOND ‖ FILIO . AELI · AVG · LIB · ANATELLON · ‖ AMANTISSIMO · REIPVBLICAE · NOSTRAE ‖ PLACVIT · ET · IN · HONOREM · ANATELLONTIS ‖

SEMPER · ET · VBIQVE · DE · REP · OPT · MER · ‖ ET · IN · GRATIAM · CLAVDI · MARONIS ‖ LOCVM · AD · STATVAM · PONENDAM ‖ AD · ELECTIONEM · IPSIVS · ARBITR · DARE — Praeneste. Grut. 389, 8; ex apographis Fr. Iucundi, Ligorii, Manutii corr. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1849, p. 64.

1) Fortasse Valerianus ille est, qui cum P. Cornelio Anulino exercitui Severiano in bello contra Pescennium gerendo praefuit (Dio 74, 7); cf. Borghesi, l. l.

7167. C · CAELIO C · FIL ‖ PAL VERO ‖ QVAEST · ALIMENT ‖ C · IVLIO · SEVERO · [1] M · IVNIO · RVFINO · SABINI*a*NO · COS [2] ‖ III · NONAS · DECEMBRES · ABELLAE · IN BASILIC*a* · SCRI‖BVNDO ATFVERE · M · MVNATIVS · M · FIL · GAL · PRIS‖CIANVS · T [3] EGNATIVS · T · F · PA*l* RV*fus* · · HERENNIVS [4] T F GAL CLEMENS N PETTIVS N F G*a*L VNP · · [5] ‖ A FVFICIVS A F GAL PRISCVS QV*od* VNIVERSIS ‖ ORDINIS · VIRIS · [6] POSTVLANTI*bus* · · Q · · · · · · · · · · VI ‖ PRO E*x*SIMII · [7] IVVENIS · ET · MI · · · · · · · · · · ‖ ACERVISSIM*a*M MORTEM II · · *funere publ*ICO ‖ PROSEQVEND*a*M · ESSE Q · D · E · *r* · *f* · *p* · *d* · E · R · I · C ‖ D D — in latere altero pauca litterarum vestigia supersunt, alterum in muro latet. Abellae, nunc Neapoli ad portam monasterii Crucis S. Lucae. Primos versus edd. Grut. 394, 2; Mur. 352, 2 cet.; integrum titulum ex apographo Mommsenii edidi Ann. Inst. Arch. 1849, p. 235; deinde Mommsenius, I. N. 1951. Nuper denuo eum publicavit Gervasius, *intorno all' iscrizione onoraria di C. Celio Vero* cet. *Napoli* 1852, 4.

1) Gervasius inseruit ET. 2) A. 155. 3) L, et L. F Gerv., qui eo tempore, quo ipse titulum exscripsit, litteras nonnullas melius conservatas fuisse asserit. 4) T . . . INNIVS, id. 5) Tribum et cognomen non vidit G. 6) VIRIZ „sic", G. 7) In fine versus 10. nihil G. vidit, ab initio vero versus 11. legit PROBISSIMI.

7168. Decretum Tergestinum n. 4040, male ab Orellio ex exemplo Gruteriano editum, tot locis corrigendum erat, ut totum denuo proponere et lecturis et scribenti magis videretur commodum esse. In textu autem constituendo Kandleri exemplo usus sum a C. T. Zumptio vulgato (*decretum municipale Tergestinum*, Berolini 1837, 4), quod ex ipso lapide Mommsenius aliquot locis emendavit. Qui enim post Zumptium nuper monumento celeberrimo operam navavit, Ioannes Labus (*antiche lapidi tergestine* in *Denkschriften der kais. Akad. d. W., phil. hist. Cl. vol.* I, *Wien* 1850, 4, p. 346. 347) num totum ipse documentum oculis perlustraverit, mihi certe dubium est; haud pauca enim ille recepit, quae in ipso lapide minime legi Kandleri certe et Carlii (*Antichch. Italiche*, p. II, l. II, §. 2, p. 76) consensu satis comprobatur. Neque inscriptionem honorariam in latere principali basis insculptam recte Labusius edidit, quippe qui *aedilem plebis* et *praetorem* Fabium fuisse in ea repperisse sibi visus est. Contra Mommsenius ita eam descripsit: L · FABIO · *l* · *f* · ‖ PVP · SEV*e*R*o* ‖ QVAESTOR*i* ‖ VRBANO ‖ *de*CV*r et* PLEBS ‖ T*ergesti*NOR — Exemplum autem Göttlingii (*Funfzehn Römische Urkunden* cet. *Halle* 1845, 4, p. 63 seqq.) de consilio praetermitto.

Quod . *hi*S P A N I V S . *le*N T V L V S . E T
. . . *iuliu*S . NEPOS . $\overline{\text{II}}$. V*i*R . IVR . DIC . V . F
l . *fabium* *s*E V E R V M . C L A R I S S I M V M . V I
rum . *m*VLTA . IAM . PRIDEM . IN REM . P . NOS
*tra*M . BENEFICIA . CONTVLISSE . VT . QVI . A . PRI
*m*A . SVA . STATIM . AETATE . ID . EGE*r*IT . VTI . IN AD
*iuva*NDA . [1]) PATRIA . SVA . ET . DIGNITATE . ET . EL*o*QVENTIA . CRES
*ce*RET . NAM . ITA . MVLTAS . ET . MAGNIFICAS . CAVSAS . PVBLI
*c*AS . APVD . OPTIMVM . PRINCIPEM . ANTONINVM . AVG . PIVM
*a*DSERVISSE · EGISSE · VICISSE · SINE · VLLO · QVIDEM · AERARI · NOS
*t*RI · INPENDIO · VT · QVAM · VIS · ADMODVM · ADVLESCENS · SENILI
BVS · TAMEN · ET · PERFECTIS · OPERIBVS · AC · FACTIS · PATRIAM · SVAM · NOS
QVE · INSVPE*r* · SIBI · VNIVERSOS · OBSTRINXERIT · NVNC · VERO · TAM · GR
ANDI · BENEFICIO · TAM · SALVBRI · INGENIO · TA*m* · PERPETVA · VT*il*ITATE · REM
P · N · ADFECISSE · VT · OMNIA · PRAECEDENTIA · FACTA · SVA · QVAMQVAM · IM
MENSA · ET · EXIMIA · S*i*NT · FACILE · SVPERARI*t* · NAM · IN · HOC · QVOQVE · MIRA
BILEM · ESSE · C · V · VIRTVTEM · QVOD · COTIDIE · IN · BENEFACIENDO · ET · IN · PA
TRIA · SVA · TVENDA · IPSE · SE · VINCAT · ET · ID*e*O · [2]) *q*VAM · VIS · PRO MENSV
RA · BENEFICIORVM · EIVS · IMPARES · IN REFERENDA · GRATIA · SIMVS · INTE
RIM · TAMEN · PRO TEMPORE · VEL · FACVLTATE · VT · ADIVVET · SAEPE · FACTV
RVS · REM*u*NERANDAM · ESSE · C · V · BENEVOLENTIAM · NON · VT · ILLVM · PRO
NIOREM · HABEAMVS · ALIVT · ENIM · VIR · ITA · NATVS · NON · POTEST · FACERE · SED
VT · NOS · IVDICANTIBVS · GRATOS · PRAEBEAMVS · ET · DIGNOS · TALI · DECORE · TA

1) Ita Zumptius; ceteri AD*auge*NDA. [Recte; lapis ·NDA. MOMMSEN.] 2) Sic Kandl. IDCIRCO ceteri. [Recte; lapis ID // ·CO. MOMMSEN]. 2a) L. quod insert Kandl. non est in lapide. MOMMSEN]. 3) Versum eminere et a litteris ⁻V incipere notavit Mommsenius. 4) Sic Kandl. et Carlius; ceteri EXCVBVIT vel EXCVBITOR; Zumptius EIVS . EXCVBET [EIVS . EX , CVBI/ lapis; scribe EIVS . EXCVBIA.

LIQVE · PRAESIDIO · Q · F · P · D · E · R · I · C · PRIMO · CENSENTE · 2a) CALPVRNIO · CERTO
CVM · 3) FABIVS · SEVERV*s* · *vi*R · AMPLISSIMVS · ADQVE · CLARISSIMVS · TANTA · PIETATE · TANTA
*q*V*e* · ADFECTIONE · REM · P · N · AMPLEXVS · SIT · ITAQVE · PRO MINIMIS · MA
*x*IMISQVE · COMMODIS · PIVS · EXCVBIT · 4) ADQVE · OMNEM · PRAESTANTIAM
*ad*AVXERAT · 5) VT · MANIFESTVM · SIT · ID EVM · AGERE · VT · NON · MODO · NOBIS · SED · PRO
XIMIS · QVOQVE · CIVITATIBVS · DECLARA · TVM · VELIT · ESSE · SE · NON · ALI · QVAM
*pa*TRIAE · SVAE · NATVM · ET · CIVILIA · STVDIA · QVAE · IN · EO · QVAM · VIS · ADMODVA (sic)
IVVENE · IAM · SINT · PERACTA · ADQVE · PERFE*c*TA · AC · SENATORIAM · DIG
*ni*TATEM · HAC · MAXIME · EX · CAVSA · CONCVPIVISSE · VTI · PATRIAM · SV
am · *c*VM · ORNATAM · TVM · AB OMNIB*us* · INIVRIIS · TVTAM · DEFENSAMQVE
PRAESTARET · INTERIM · APVT · IVDICES · A · CAE*sar*E · DATOS · INTERIM · APVT · IP
sum · *i*MPERATOREM · CAVSIS5a) · PVBLICIS · PATRO*ci*NANDO · QVAS · CVM · IVSTI
TIA · DIVINI · PRINCIPIS · TVM · SV*a* · EXIMI*a* · AC · *pr*VDENTISSIMA · ORATION (sic)
S*e*M*pe*R · NO*b*IS · CVM · VICTORIA · FIRMIORES · *re*MISIT5b) · EX · PROXIMO · VERO
VT · MANIFESTATVR · CAEL*es*TIBVS · LITTERIS · A*ntoni*
NI · AVG · PII · TAM · FELICITER · D*e*SID*e*RIVM · PV*b*LI*cum* · *a*
PVD · EVM · SIT · PROSECVTVS · IMPETRANDO · VT · *car*
NI · CATALIQVE · ATTRIBVTI · A · DIVO · AVGVSTO · REI6) · *publi*
CAE · NOSTRAE · PRO · VT · QVI · MERVISSENT · VITA · ATQVE · CEN
SV · PER · AEDILITATIS · GRADVM · IN · CVRIAM · NOSTRAM · ADMIT*te*
RENTVR · AC · PER · HOC · CIVITATEM · ROMANAM · APISCEREN
TVR · ET · AERARIVM · NOSTRVM · DITAVIT · ET · CVRIAM · COMPLEV*it*
ET · VNIVERSAM · REM · P · N · CVM · EGMINIIS · 7) AMPLIAVIT · ADM*it*
TENDO · AD · HONORVM · COMMVNIONEM · ET · VSVRPATION*em*
ROMANAE · CIVITATIS · ET · OPTIMVM · ET · LOCVPLETISSIMVM
QVEMQVE · VT · SCILICET · QVI · OLIM · ERANT · TANTVM · IN · REDIT*u*

MOMMSEN.] 5) Corrigit *ad*AVXERIT Zumptius. [Lapis visus est habere \IIIIS°ERAT; sed incerta omnia praeter *erat*. Scribendum *artis* ʃERAT vel simile quid. MOMMSEN.] 5a) [Male CAVSISQ. Kandl. MOMMSEN.] 5b) FIRMIORE . SV*b*MISIT (sic) lapis.] MOMMSEN.] 6) [REI in lapide deprehendi. MOMMSEN]. 7) Egregie Mommsenius coniecit FOMENTIS. [Mox legi. MOMMSEN.] 'Labusius Hagenbuchium secutus *muneribus*,

PECVNIARIO · NVNC · ET · IN · ILLO · IPSO · DVPLICI · QVIDEM · PER
HONORARIAE · 8) NVMERATIONEM · REPPERIANTV*r* · *et* · *u*T · SI*nt* · 9)
CVM · QVIBVS · MVNERA · DECVRIONATVS · IAM · VT · PAVCI*s* · *one*
ROSA · HONESTE · DE PL*e*NO · 10) COMPARTIAMVR · AD · CVI*us* · *rei* 11)
GRATIAM · HABENDAM · VT · IN · SAECVLA · PERM*a*NSV*ram* 11a) · *eius*
MODI · BENEFICIO · OPORTVERAT · QVIDEM · SI · FIERI · POSS*et* · *et*
SI · VERECVNDIA · · CLARISSIMI · VIRI · PERMITTERET · VNIVERSOS · N*os* 12)
IRE · ET · GRATIAS · EI · IVXTA · OPTIMVM · PRINCIPEM · AGERE · SED
QVONIAM · CERTVM · EST · NOBIS · ONEROSVM · EI · FVTVRVM · T*a*
LE · NOSTRVM · OFFICIVM · ILLVT · CERTE · PROXIME · FIERI · OPO*rte*
BIT · O · 13) STATVAM · EI · AVRATAM · EQVESTREM · PRIMO · QVOQVE
TEMPORE · IN CELEBERRIMA · FORI · *n*OSTRI · PAR*te* · PONI · ET · I*n*
BASI · EIVS · HANC · NOSTRAM · C*o*NSENSIONEM · ADQVE · HOC
DECRETVM · INSCRIBI · VTI · AD POSTEROS · NOSTROS · TAM · VOL*untas* 13a)
AMPLISSIMI · VIRI · QVAM · FACTA · PER*m*ANEANT · PETIQVE · A *fa*
BIO · VERO · EGREGIO · VIRO · PATRIS (sic) · SEVERI · VTI · QVANDOQ*ui*
DEM · ET · COMMENTVM · HOC · IPSIVS · SIT · PROVIDENTIAE · QVA
REM · PVBLICAM · N · IN*f*ATIGABILI · CVRA · GVBERNAT · ET · IN · HOC
PIVS · 14) PVBLICI · BENEFICI · QVOD · TALEM · ET · NOBIS · ET · IMPERIO · CIVEM · P*ro*
CREAVIT · ADQVE · FORMAVIT · CVIVS · OPERA · STVDIOQ · ET · ORNATIO*res*
ET · TVTIORES · IN · DIES · NOS · MAGIS · MAGISQVE · SENTIAMVS · VTI · PATIATV*r* 15)
SE · IN · HANC · REM · AD FILI*u*M · 16) SVVM · LEGARI · MANDARIQVE · SIBI
VTI · GRATIAS · PVBLICE · C*l*ARISS*im*O · VIRO · MANDATV · NO*s*
TRO · AGAT · ET · GAVDIVM · VNIVERSORVM · SINGVLORVMQV*e*
AC · VOLVNTATEM · VT · MAG*i*STER · TALIVM · RERVM · IN · NOTITIA*m*
EIVS · PERFERAT CENSVERVNT

qua coniectura virum cl. ipsum lapidem non excussisse satis declaratur. 8) Sc. Summae, quam pro honore pendebant. 9) *ut et ipsi sint,* Lab., qui Apianum sequitur. Zumptius: *et simul sint.* Verborum vestigia apud Kandlerum obvia facile restituuntur, ut feci. [At spatium vestigiaque /TSI.// flagitant *e*T SIN*t*. MOMMSEN.] 10) Alii DE PL*e*NO. 11) Illud *rei* suo iure addidit Z. [Imo PERM*a*NSV*ro*. MOMMSEN.]

12) Kandlerus post VNIVERSOS notat superstitem litterae alicuius lineolam; Wittius, *de Tergestino lapide epistola*, Vratisl. 1832, 4, tres litteras ibi desiderari indicat. Propterea *nos* equidem restitui. 13) *Oportebit* recte restitui, manifestum est ex Kandleri et Wittii exemplis. De reliqua autem littera O nihil ausim affirmare, quum parum placeat Zumptii sententia, notam eam esse et distinctionem, qua significetur, incipere iam summam sententiae. [Lapis TIT. O. MOMMSEN.] 13a) [Imo VOLT*as*; T adest. MOMMSEN]. 14) Sic Kandlerus, Carlius, Wittius. Errorem quadratarii dicit Z. legendumque OPVS. [Lectio certa est; sed potest excidisse *sit* post HOC. MOMMSEN.] 15) Ita legit Mommsenius, eamque unice veram lectionem esse facile concedes. 16) Idem. Zumptius voluit *ad Severum suum*, retentis litterarum formis a Kandlero et Carlio signatis.

7169. L · ANNIO · L · F · COL ‖ MODESTO ‖ HON · EQVO · PVBLICO ‖ K · IVN · IN · CVRIA · BASILICAE · AVGVSTINIANAE · [1]) SCRIBVND · ADFVER ‖ T · OPPIVS · SEVERVS · VIGNETIVS · LIBERALIS ‖ IVLIVS · CAPRETANVS · GRANIVS · LONGINVS ‖ QVOD · C · AVFIDIVS · THRASEA · T · CLAVDIVS QVARTINVS IIVIRI · V · *f* ‖ DE · CONFIRMANDA · AVCTORITATE · MEMORIAE · HONORAND · STATVAQVE · PONENDA ‖ ANNIO · MODESTO · ANNI · NVMISIANI · ORNATI · VIRI · FILIO · Q · D · E · R · F · P · D · E · R · *i* · C ‖ CVM · ANNIVS · NVMISIANVS · *orn* · VIR · AD · SINGVLORVM · TESTIMONIVM ‖ PERTINE*at* · QVA · PROBITATE · MORVM · QVA · QVIETE · VITAE · QVOD ‖ VNICVM · IN · DOLORE · PRAESIDIVM · EST · MERVERAT · ADFECTVVM ‖ NOSTRORVM · CONSOLATIONEM · ADQVE · CANDORE*m* · ORDINIS · NOSTRI · BONVM ‖ CIVEM · PIVMQVE · PATREM · IN · TAM · GRAVI · FORTVNAE · INIVRIA ‖ QVA · POTEST · INDIGNATIONE · A . TANTA · AVOCARE · TRISTITIA ‖ PLACERE · HVIC · ORDINI · AVCTORITATE*m* · IN · EAM · REM · ANTE · HANC ‖ DIEM · FACTAM · CONFIRMARI · PERMITTIQVE · ANNIO · ADIECTO · LIB · EIVS ‖ STATVAM · PONERE · ANNIO · MODESTO · LOCO · ADSIGNATO · A · II·VIRIS ‖ NOSTRIS · QVO · TESTATIOR · SIT · ERGA · EVM · ADFECTVS · R · P ‖ NOSTRAE · CONLAVDANTIS . QVOD · IN · VITA · PRAESTITERIT · CENSVER ‖ ADIECTVS · LIB L D D D — In littore maris Puteolano rep. Mommsen, I. N. 2623, ubi v. cet. variasque lectiones; Grut. 355, 1. Titulum Puteolanum esse elucet ex nomine *ornati viri*, quem Puteolis tantum repperi; cf. Or. 4135; 5037.

1) Contra Mommsenium legendum esse censeo AVG . ANNIANAE, vel AVGVST · ANNIANAE, ut Smetius et Jordanus habent; cf. Or. 4135.

7170. T · HOENIO SEVERO M · PEDVCAEO PRISCINO · COS [1]) ‖ VI K DEC DECRIT (sic) · DECVR ‖ QVOD C CAESIVS · SILVESTER P · P · [2]) V · F · AETRIVM ‖ FEROCEM CENTVR LEG II TRAIAN · FORTIS · PER INCREMENTA GRADVS MILITIAE SVAE TAM SINGVLIS QVAM REIP N ‖ QVOTIENS NECESSE FVIT MVLTVM PRAESTITISSE ‖ PROXIME QVOQVE PETITIONI NOSTRAE AB OPTIMO ‖ MAXIMOQVE PRINCIPE ANTONINO AVG PIO ‖ VECTIGAL VIAE SILICI (sic) · STRATAE · ITA IN-‖STITISSE · VT MATVRE IMPETRARETVR · ET ‖ IMPENDIS

VRBICIS RESP · BENEFICIO EIVS ‖ RELEVARETVR ET OPTIMVS · IMP · N̄ EX ‖ CORNICVLARIO PRAEF · VIGVLVM PRIMO ‖ EI OMNIVM ORDINEM ALEXANDRIAE ‖ DEDERIT[3]) DEBERE NOS ITAQ · EI · STATVAM ‖ PEDESTREM SECVS MERITA EIVS ‖ DECERNERE Q · F · P · D · E · R · REFERENTE ‖ L · VARIO FIRMO IIII·VIR CENSENTE · C ‖ CLVVIO SABINO ITA CENS ‖ PLACERE VNIVERSIS CONSENSV PLEBIS ‖ AETRIO FEROCI 7 SECVS MERITA ‖ EIVS STATVAM VBI IPSE DESIDERAVE-‖RIT · QVAM PRIMVM PONI CENS — Tabula marmorea Tufici rep., nunc Fabriani apud Ramellium. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 134, ubi errore quodam vv. ultimi omissi sunt. Vidi ipse.

1) A. 141. 2) *Primi Pilaris*. 3) Cornicularios praef. vig., priusquam ordinem adipiscerentur, cornicularios factos esse praef. Urbi vel praef. praetorio, Borghesius (l. l. p. 136) suspicatus est. — Ad eundem Aetrium Ferocem spectant Or. n. 3176 et Mar. Arv. 399.

7171. . . . . ISA . . . AI . . . CORFINIENSIVM . . . . SACER . . . . ‖ PONTIFICI • CVRATORI • KALENDAR • REI • PVBLIC • AEDILI • PRAEF • IIIIVIR • IIIIVIR • I • D • ‖ HVIVS • PROPTER • MORVM GRAVEM • PATIENTIAM • MAXIMAMQVE • VERECVNDIAM ‖ SPLENDIDISSIMVS • ORDO • CONSENTIENTE • POPVLO • TABVLAS • PATROCINALES • AHENEAS ‖ LIBERISQ • EIVS • OFFERRI • CENSVERVNT • • • QVI • ACCEPTO • HONORE • STATIM • ‖ SPLENDIDISSIMVM • ORDINEM • LIBEROSQ • ET • CONIVGES EORVM • SED • ET • POPVLVM PVBLIC ‖ EPVLANTES MAXIMO CVM • GAVDIO EXHILARAVIT • • HVIVS OB MERITA ‖ ORDO POPVLVSQVE CORFINIENSIVM ‖ REMVNERANDAM ADFECTIONEM QVEM (sic) IN SINGVLOS VNIVERSOSQVE CIVES SVOS EXHIBVIT ‖ LIBERISQVE EIVS EQVESTRIS DIGNITATIS • PVERIS EX PECVNIA PVBLICA PONI CENSVERVNT • ‖ CVIVS OB DEDICATIONEM OBTVLIT • DECVRIONIBVS ET VNIVERSO POPVLO HS • L MIL NVMMVM ‖ QVAE MAMMIANA VOCENTVR • EX CVIVS SVMMAE VSVRIS DIE NATALIS EIVS • VII • IDVS FEBRAR ‖ DIVISIONEM PERCIPERE POSSINT QVOD SI DIE PRAESTITVTO CONDICIONI PARITVM NON FVERIT ‖ TVNC EIVS DIEI DIVISIO AD SVLMONENSIVM • CIVITATEM PERTINERE DEBEBIT • ITEM DEDIT ‖ DECVRIONIBVS DISCVMBENTIBVS • · ET LIBERIS • EORVM SINGVL HS XXX NVMMOS SEVIR • AVGVSTAL ‖ VESCENT • SINGVL HS XX NVMM • PLEBEI VNIVERSAE • EPVLANTIBVS • SINGVLIS HS VIII NVMMOS L D D D — In confiniis Rajani et Pratulani agri in clivo S. Pancratii rep. a. 1771, nunc Sulmone. Peculiarem de hoc monumento librum scripsit Lupoli, in mutilam veterem Corfiniensem inscriptionem commentarius, Neapoli 1786. Vidit Mommsen, I. N. 5360.

7172. . . [1]) FABIO HERMOG*eni* ‖ EQVO · PVBL · SCRIBAE ‖ AEDIL*icio* ‖ DEC · ADLECT · FLAM · DIVI · HADR*iani* ‖ IN ·

CVIVS · SACERDOTIO · SOLVS · AC · P*rimus ludos* ‖ SCAENICOS · SVA · PECVNIA · FECIT ‖ HVNC · SPLENDIDISSIMVS ORDO · DE*curionum* ‖ HONORAVIT · EIQVE · STATVAM · EQVESTRE*m* · *cum in*‖SCRIPTIONE · OB AMOREM · ET · INDVSTRIA*m* ‖ IN · FORO · PONENDAM · PECVN · PVBL · DECR*evit* ‖ INQVE · LOCVM · EIVS · AEDIL · SVBSTITVENDV*m* · · · · · · *fratrem* ‖ PVTAVIT · IN · SOLACIVM · FABI · PA*tris* ‖ QVI · OB · HONORES · EI · HABITOS · HS · L · M · N · *ordini* ‖ DEDIT · EX · QVORVM · VSVRIS · QVINCVNC*ibus* ‖ *quota*NNIS · XIII · KAL · AVG · DIE · NATALI · EIVS · DEC*urionibus* ‖ *si*NGVLIS · ✕ · V · DENTVR · ET · DECVRI*onum* ‖ *lib*RARIS ·[2]) ✕ · XXXVIIS · LIBRARIS ✕ · · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · IBVS · ✕ · XXV · · · · · · · · · — *in latere dextro*: IN · AEDE · ROMAE · ET · *a*VGVSTI PLACV*it* ‖ ORDINI · DECVRIONVM · PRAESENTE ‖ FABIO · PATRE · VTI · SPORTVLAS ‖ DIE · NATAL · HERMOGENIS · FILI ‖ EIVS · PRAESENTIBVS · IN · FORO ANTE ‖ STATVAS IPSIVS DIVIDI ‖ STIPVLATIONE · INTERPOSITA — Basis statuae equestris, rep. Ostiae prope aedem ibi superstitem, nunc in horreis Mus. Vat., ubi vidi cum Mommsenio. Cardinali, *Dipl.* 327; Melchiorri, *Saggiatore* I, 2, p. 146.

1) L, Card.; T, Melch.; nunc deest. 2) [Malim pro decurionum librariis, quos non novi, DECVRI*onibus hono*RARIS. Causa cur hi acciperent non XX, sed CL asses, haec fuit, quod Hermogenes ipse fuerat decurio adlectus. MOMMSEN.]

7173. L · CRESIO ·[1]) L · F ‖ OVF · PROCVLO ‖ IIIIVIR ‖ MVNICIP · ET · INCOLAE ‖ MERENTI · QVOD · INTER ‖ CETERA · TEMP · MAGIST ‖ SVI · IN · KARITATE · OLEI · CIVIB ‖ SVIS · QVA · · · · · LIBR · PR · P[2]) ‖ ET · EPVL · DEDIT ‖ *i*D*e*M · *in d*EDICATIONE ‖ *statua*E · MVNICIP · SVIS ‖ DECVR · SING · HS · VI · ET · PLEBEIS ‖ VTRIVSQVE · XESVS (sic) · SIN*g* ‖ HS · IIII · N · DEDIT ‖ L D D D — Tufici (*Albacina*). Ramelli, *Tufico*, inscr. n. XXIV.

1) Sic in lapide legi, editor litteris quoque sciscitanti mihi confirmavit. 2) *qua* · · · · · LIBR*as* PR*opria* P*ecunia*.

7174. Q · PLOTIO · Q · FIL ‖ QVIR · ROMANO ‖ EQVO · PVBLICO · EXORN ‖ A · DIVO · HADRIANO ‖ AED · FLAM · ROM · ET · AVG ‖ FLAMINI · DIVI · TITI ‖ HVIC · DECVRIONES ‖ STATVAM · PVBLICE · PONEND ‖ DECREVERVNT ‖ PLOTIVS · NIGER · PATER · HONORE · VSVS ‖ DE · SVO · POSVIT · L · D · D · D — a dextra: DEDIC · XVI · K · APR ‖ T · HOENIO · SEVERO ‖ M · PEDVCEO PRISCINO ‖ COS[1]) — Rep. Ostiae, nunc in Mus. Vat. Fea, Fasti n. 27. Vidi ipse.

1) A. 141.

7175. Q · CLVVIO ‖ QVIR · MACRO ‖ OMNIBVS HONORIB ‖ APVD SVOS FVNCT ‖ CVI PRIMO OMNIVM ‖ IN DVMVIRATV (sic) ‖ SCHOL · ET STATVAS ‖ ORDO DECREVIT ‖ HELVETI · PVBLICE ‖ INPEND · REMISER ‖ MACRIVS NIVALIS ‖ ET MACRIVS MACER ‖ LIBERI — Aventici. Bull. Inst. Arch. 1852,

p. 114; cf. l. l.: · · · · · · · · ‖ *cluvi* · *m*ACRI · VX*ori* ‖ · · · · · N PROFESSI ‖ *p*RONEPṪ QVI CVRIAM ‖ DONAVIT ‖ HELVETI · PVBLICE ‖ INPENDIVM REMISꟼR ‖ MACRIVS NIVALIS ‖ ET MACRIVS MACER ‖ LIBERI —

7176. IN · H*onorem* ‖ NVMMIAE · VARI‖AE · [1]) C · F · M · NVMMI‖O · IVSTO · PLEBS ‖ PELTVINAS · PATRO‖NO · OB · EXIMIAM ‖ ADFECTIONEM ‖ EIVS · QVAM · VNI‖CE · EXERCVIT · HVIC ‖ SPLENDIDISSIMVS ‖ ORDO · BISELLIVM ‖ DECREVIT · GVBI‖TVMQVE · [2]) CONCES‖SIT · L · D · D · D — *Bominaci* prope Peltuinum Mur. 544, 1; Mommsen, I. N. 6035.

1) Cf. n. 4036. 2) l. CVBITVM.

7177. D · M ‖ SEX · FVLCINIO ‖ SEX · F · VEL · VERO ‖ DEC · PARENT ‖ AN · XIIII · DIER · XXXVII ‖ HVIC · ORDO · PIENTISSI‖MVS · D*e*CR · SVO · FVNVS · PVB ‖ ET · RES · PVB · TVRIS · LIB · TRES ‖ TITVLIS · PVBLICE · FERRI ‖ VNIVERSI · CENSVERVNT ‖ HVIC · ET · COL · FABR · TVRIS ‖ MITTENDI · HABVIT · HON ‖ QVI · PARENTES · SVOS ‖ MISEROS · SENES · IN ‖ LVCTV · RELIQVIT ‖ PARENTES · FILIO ‖ PIENTISSIMO · ET · SIBI ‖ VIVI · POSVERVNT — Parentii. *Istria* I, p. 329.

7178. SERGIA PRISCA HANC IN ‖ HONORE L CACI REBVRRI F ‖ II·VIR · ET DECVRIONES OSTESES (sic) ‖ FVNERE PVB STATVAMQ ET ‖ TVRIS P L [1]) CENSVER · L · KACIVS [2]) ‖ REBVRRVS H V [3]) FVNERIS IM‖PENSAM REMISIT — Ostiae. *Giorn. Arcad.* XXXIX, 1828, p. 215; Cardinali, *Dipl.* n. 341. A dextra inscriptionis littera A forma maiore sculpta est.

1) *Pondo* L. 2) CACIVS, Card. 3) *Honore Vsus.*

7179. AVELIAE ‖ Q · F · PRISCAE ‖ SEVERIAE · SEVERÆ ‖ CAPRIA · Q · F ‖ QVINTA · MATER ‖ POSVIT ‖ QVAE · OB · DEDICATIO‖NEM · STATVAR · FILIO‖RVM · SVORVM · EPVL ‖ DEDIT · MVLIERIB · SING ‖ ✕ S L · D · D · D — Sulmone. Mommsen, I. N. 5439.

CAPVT XVII.

COLLEGIA. CORPORA. SODALICIA. SCHOLAE ARTIFICVM ET OPIFICVM.

N. 4054: v. 8. ALEIVS; v. 9. nota *qq*, a nomine Volusii Marciani spatio separata, ad nomen M. Cornelii Secundi pertinet, cum quo posteriore quodam tempore videtur adiuncta esse; v. 13. HELIVS. Vidi ipse in Museo Capitol.

N. 4056: v. 5. FABR . II . ET . Q . II; v. 8. CLAVDIAE . T . (fortasse TI) LIB; v. 10. SODALIC .; v. 12. T . CLAVDIVS (?); v. Ann. Inst. Arch. 1839, p. 41, ex Colucci, append. Fal. p. 56, tav. II.

N. 4067: v. 3. 4. GRATTIARIORVM || INAVRATORVM, Kellerm.; vidi in Mus. Vat.

N. 4069: vv. 4. 6. 1. PATR: v. 8. num VICE . *Magistri*? ut *pro magistro* in collegiis sacris haud raro habemus. *Vici magister* Orellii mihi parum placet, quippe qui cum iuvenibus forensibus coniungi nequeat. Quapropter si meam non probaveris coniecturam, ITEM legendum erit.

N. 4070; v. 5. SEPVLT . IVNCTOS; Labus, *lettera a Cicogna*, p. 12.

N. 4071: v. 4. VIR; v. 10. Ↄ deest; v. 11. CENTVRIAE; v. ult. L . D . D . C; Aldini, *Marmi comensi* n. 95.

N. 4072: titulum Mur. 514, 1 v. Or. 3178.

N. 4074: v. 3. pro CONSTANTINO lege DIOCLETIANO, cuius nomen ita abrasum est, ut hodie solae litterae NO in lapide exstent; v. 7. SOLAIARIORVM, i. e. *solaeariorum* = *solueariorum*; v. ult. Q pro QVE. Vidi ipse in Mus. Cap.

N. 4078: v. 3. MODERAT cognomen est; de collegio vero equitum recte Or. dubitat.

N. 4082: de hoc titulo difficillimo cf. Ann. Inst. Arch. 1849, p. 222.

N. 4086 = 3690; v. 6. scr. CAPENATIVM.

N. 4087: Ostiensis est.

N. 4088: v. 2. COLLEG; v. 3. IMPENDIS; v. 4. PRIMIGENIO; Tolentini vidit Mommsen.

N. 4090: inscriptionem ab Orellio laudatam v. n. 5089.

N. 4091: v. 1. DC; v. 5. C . FVVLI (scr. FVLVI); v. 6. PILONICVS. Vidit Mommsen; cf. *Ztschr. f. gesch. R. W.* XV, 3, p. 330.

N. 4092: vv. 3. 4. SODALIC HORR GALBAN COHORT; v. 5. APHRODISIVS; v. 6. dele COHORT; Mommsen, I. N. 6760.

N. 4093: v. 1. LOC . SEP . DON; v. 3. IVMENTARIOR; v. 5. EOR; v. ult. QV. Vidi ipse.

N. 4100 = 3949.

N. 4102: v. 1. SAC . .; v. 3. IVVEN; vv. 4. 5. DECVR . . . . NATO || MILITI . . E . . . . . CAE (fortasse *ornato militiis equestribus*, ut n. 6930); v. 6. ET AVGVRI iam non legitur, sed notavit Mommsenius: . . . . . II; v. 7. IVVENV . .; v. ult. OPTVMO. Vidit Mommsen, I. N. 2456, et genuinum esse iudicavit.

N. 4106: num Ostiensis, ut n. 4087? Nota praeter Augustalium munera *traiectum* quoque sive *marmorum* sive *marmorariorum*, conferendum cum *traiectu Luculli* in alia inscriptione Ostiensi obvio (n. 4109).

N. 4108: v. 2. POB; titulum nexibus plenum v. apud Orti, *Antichch. di Garda e Bardolino* cet. tab. II, n. 4.

N. 4109: v. 15. OLEARIOR. Vidi ipse. Not. 1. *decurionum decreto decurioni adlecto*, *Quaestori Aerarii* (?); *aedilis* certe non est. Not. 2. dele. TOGATOR enim in monumento legitur.

N. 4113: fortasse genuinus; in rebus certe nihil suspecti inest.

N. 4119: *utriclarios* homines esse, qui utres fabricantur, exposuit nuper Boissieu, *Inscr. de Lyon*, pag. 401, approbante Mommsenio, Ann. Inst. Arch. 1853, p. 78. N. 4119 pro VTRI . CAB fortasse legendum VTRICIAR.

N. 4120, not. 1. COR*porato* cet.; not. 3. N*auta* A*relatensis*, ut mihi videtur.

N. 4122: v. 3. I. VITALIO.

N. 4124: v. 5. SPLED; vv. 8. 9. MARTESIVM; Mommsen, I. N. 1525.

N. 4126: v. 1. VERZOBIO; v. 8. dele PER; vv. 11 seqq. HONORIFICENT‖IAE . EIVS . PATRONO . PRAES‖TANTISSIMO . POSVIT; id. 1529.

N. 4127: v. ult. PONENDAM . ESSE; id. 1430.

N. 4129: vv. 3. 4. RELI‖GIOSISS CIR cet.; id. 1528.

N. 4132: v. 4. PECVN; v. 5. NATALE; v. 6. EPVLANTIB; v. 7. CONDICIONE; v. 8. CENENT; v. 9. VI . ID . IVN . DIE . NATALE; v. 11. PERTVVM (sic); v. 12. PERTINEANT . VTI . I . VI (sic); id. 1504.

N. 4135: v. 2. MESSALLA; v. 6. PVBLIOLVS; v. 9. CN . HAIO; id. 2624. Not. 3. O*rnato* V*iro*, ob quem titulum Puteolis inscriptionem tribuo; cf. n. 7169; not. 4. P*atrono* C*oloniae* N*ostrae*. Decretum autem ordinis, non collegii est.

7180. ANTIVS VICTORICVS CVM ‖ ANTIOS VICTORICV ET MVSOLV IVNIORES VISO ‖ MONITI LIBENS ANIMO COLEGIARIS DONAVE‖RVNT EXS N CC S P F D D[1] * — Constantinae. Clarac, *Musée*, *Inscr.* pl. LXXVII, 52.

1) EX *Sestertiis Nummis* CC *Sua Pecunia Faciendum* DeDerunt; Clarac, p. 1292. Fortasse melius: F*ecerunt* D*ecreto* D*ecurionum*.

7181. C · AELLIVS (sic) ASTRAGA/VS ‖ CVRATOR ‖ FVIT · IV · NON · · C · ·[1] VSCE AD · ‖ VI EID DEC M AGRIP T STAT COS[2] ‖ RIA[3] C IVLI HELENI TVRMA ‖ C IVLI ELATI — Pompeiis, in vico theatri. Vidit Mommsen.

1) *oCt*? 2) A. 37. a. Chr. 3) *decu*RIA? Turma, quae sequitur, ad alam quandam pertinere videri possit; sed curator et ipsa indoles hominum, quos libertinos esse nomina demonstrant, ad collegium inscriptionem spectare indicant, licet nunquam me *turmam* collegii repperisse meminerim.

7182. MINERVAE ET FORT*unae* ‖ SACR ‖ C · MANLIVS EVHODVS HON[1] ‖ ET DECVRIONIBVS ‖ Q Q[2] D D ‖ DEDICAVIT XI · K · IVN ‖ P · IVVENTIO CELSO II ‖ L NERAT · MARCEL · II COS[3] — Romae, in Villa Negronia. Bull. Inst. Arch. 1851, p. 18.

1) HON*oratis*, sc. collegii alicuius. 2) Intellige: Q*uin*Q*uennalis*. 3) A. 129; cf. Borghesi, l. l. p. 36 et Ann. Inst. Arch. 1852, p. 18 seqq.

7183. FORTVNAE ‖ AVG · SAC · C ‖ NEMONIVS · SE‖NECIO · CV ·[1] ET · T ‖ TERTIVS · FELIX · Q ‖ ET CATIVS · VERE‖CVNDVS · ACT ‖ D · S · P — Mogontiaci. *Rhein. Jahrbb.* II, p. 97, n. 47; Steiner, Inscr. Dan. et Rh. I, n. 295.

1) Explicant CV*rator*; recte, ut videtur; sed spectat ad collegium quoddam, ut *quaestor* et *actor* postea commemorati.

7184. IN · BASILIC*a convenerunt* · (?) ‖ QVINQVENNALI*s* ‖ L · PROCVLEIVS THAMYR*as* ‖ MAGISTRI · SESQV · · · · [1]) ‖ C · REFRIVS · MERCVRIVS ‖ C · MAECENAS · MARTIALIS ‖ DECVRIONES ‖ Q · SETIVS A · · · · — Romae, rep. ad D. Sebastiani ad Appiam. In schedis meis non adnotavi, unde hanc inscriptionem desumpserim.

1) SESQV*iplares* vel SESQV*iplicares*, mihi certe ignoti. [Explica ex lege collegii salutaris n. 6086, quae iubet quinquennalicio partes sesquiplas ex omni re dari. Mommsen.]

7185. FELICI · ‖ ARRIAE ‖ TIGRIDIS ‖ SER · ‖ CONLEGIVS ‖ P · S · T · T · L [1]) — Peltuini (*Prata*). Vidit Brunnius.

1) Posuit Sit Tibi Terra Levis.

7186. D · M ‖ COLLEGIVS (sic) · A‖QVARIORVM ‖ SEX · PEDVCEO ‖ FACETO ‖ SODALES · POS — Venusiae. Mommsen, I. N. 744.

7187. GEN ‖ COLLEGI ‖ ARIMINES [1]) ‖ L · MARIVS ‖ PEGEVS ‖ B · M · D · D — Arimini. Tonini, *Rimini* p. 292, 9; Nov. litt. Flor. XVI, p. 824. Est iam n. 1710.

1) Lege ARIMINIE*nSis*.

7188. EVNEA > ‖ VIXIT > ANN > XX > ‖ EX > COLLEGIO > BAVLA > [1]) ‖ PERMISSV · CORINTHI > ‖ PROC > ARTICHNVS · F — Rep. Baulis, nunc in R. Mus. Neap. Mommsen, I. N. 2582.

1) BAVLA*no*; servorum collegium est.

7189. CALLISTIONI · CELLAR ‖ CONLEG · CASTRIENSE (sic) ‖ DAPHNO · SVMP · [1]) HEDYLALO ‖ A MANV · CVRATORIB — Romae, in sepulcro Volusiorum ad V. Appiam. Cardinali, *Dipl.* p. 136, n. 257.

1) SVMP*tuario*; cf. Grut. 333, 5.

7190. EVHODI ‖ M · AVREL · SABINIANO ‖ AVGG · LIB · PATRONO ‖ CIVITATIS · ANAGNINOR ‖ ITEMQ · COLLEGI CAPLATO‖RVM DECVRIALI DECVRIAE ‖ LICTORIAE POPVLARIS DENVNCIATORVM ‖ ITEMQ · GERVLOR · SED ET DECEMVIRALIS [1]) ‖ S · P · Q · A · ERGA AMOREM PATRIAE ‖ ET CIVIVM QVOD THERMAS LONGA INCVRIA ‖ NEGLECTAS SVA PECVNIA RESTITVERIT ‖ STATVAM EX LEG · [2]) SVIS · PONEND · CENSVER ‖ OB CVIVS DEDIC · DEDIT · DECVR · ✳ · V · SEXV ‖ ✳ II POP ✳ I ET EPVLVM SVFFIC · — Anagniae. Dionigi, *viaggi* fol. 24; Mommsen, *Rhein. Mus. N. F.* VI, p. 49 ex apographo Brunnii.

§ 3. ad n. 5203. pro *Togana* scr. TAGANA; praeterea legendum esse ANNII facile apparet.

Ad civitates Hispanicas adde:

7414 α. L · LVCRETIVS ‖ SERG · ROBVS‖TVS · SCALLABI [1] ‖ MILES LEG [2] VIX ‖ AN XXX .... ‖ .... ‖ H E ‖ S — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Algérie* 936.

1) cf. Forbiger, *Geogr.* III, p. 39. 2) i. e. *leg. III. Aug.*

§ 4. ad provinciam Britanniam adde:

7414 β. D M S ‖ P · FVRIO RVS‖TICO PRAEF ‖ COH · P · A-STV‖PROV · BRITT ‖ INFER · [1] TRIB · ‖ MIL · LEG · III ‖ AVG · P · V · VIX ‖ ANN · XL · P · FV‖RIVS RVSTI‖CVS PATER ‖ FILIO KARISSI‖MO · FECIT — *ibd.* l. l. 670.

1) cf. Herod. III, 8, 2: (Severus) *διοικήσας δὲ τὰ κατὰ τὴν Βρεττανίαν καὶ διελὼν εἰς δύο ἡγεμονίας τὴν τοῦ ἔθνους ἐξουσίαν*, i. e. post devictum Albinum; Marquardt, *R. Alterthth.* III, 1, p. 99.

§ 5. Inscriptiones Helveticas omnes habemus nunc correctas in libro Mommsenii, cui titulus est: Inscriptiones Confoederationis Helveticae Latinae, Turici, 1854, 4, ex *Mittheilungen der antiquarischen Gesellschaft in Zürich*, *X Band.*

§ 7. ad Or. 497 pro *faciendum* scr. FACIENDVM.

Ad Or. 509: titulus interpolatus potius quam spurius; Borghesius enim in Cod. Vat. 5250, p. 35 ita invenit adnotatum: „fragmenta in Transilvania prope ecclesiam Valacchorum in vico Varhel, qui est antiqua Sarmiz: *Saris Divi Nerv Traiani Augusti condita colonia Dacica per V. M. Scaurianum.* Caetera abolita." Iam vero ex tabula honestae missionis n. VI. ab Arnethio edita M. Terentium Scaurianum paucis

annis post Daciam subiectam eam provinciam rexisse constat, quapropter Borghesius titulum male interpolatum ita fere redintegrandum esse suspicatus est: . . . . . *imp* ‖ *cae*SARIS · DIVI · NERV*ae* · *f* ‖ *nervae* TRAIANI · AVGVSTI ‖ CONDITA · COLONIA · DACICA · PER ‖ *m. terenti*VM · SCAVRIANVM

Ad n. 5277: editores quidem ut integrum titulum exhibent, neque tamen mihi dubium, quin nomina desiderentur ducis Romani, qui bello *Batoniano Iapudiae et Liburniae praefuit*; cf. Dion. 55, 29.

Ad n. 5286: exemplum in Museo Vaticano asservatum recens videtur incisum esse.

§ 8. ad Or. 529: ad easdem res gestas spectat titulus Lambaesitanus apud Renier, *Inscr. de l'Alg.* 101:

7414 *γ*. I O M ‖ CETERISQ DIIS DEABVSQ IMMORTALIB ‖ C MACRINIVS DECIANVS V C LEG ‖ AVGG [1]) PR PR PROV NVMIDIAE ET NO‖RICI [2]) BAVARIBVS QVI ADVNATIS IIII ‖ REGIBVS IN PROV NVMIDIAM IN‖RVPERANT PRIMVM IN REGIONE ‖ MILLEVITANA [3]) ITERATO IN CONFI‖NIO MAVRETANIAE ET NVMIDI‖AE TERTIOQVE · · · · · NTANEIS ‖ GENTILIBVS MAV*re*TANIAE CAE‖SARIENSIS ITEM GENTILIBVS FRA‖XINENSIBVS [4]) QVI PROVINCIAM ‖ NVMIDIAM VASTABANT CAP‖TO FAMOSISSIMO DVCE [5]) EORVM ‖ CAESIS FVGATISQVE —

1) i. e. Valeriani et Gallieni; cf. quae de aetate monumenti mox exponentur. 2) Noricum usque ad aetatem certe M. Aurelii a procuratoribus administrabatur (cf. Or. 3574); postero tamen tempore legatos ei praefuisse litteris nuper ad me datis exposuit Borghesius, inscriptione usus Appii Claudii Laterani COS . DESIG . LEG . AVG . PR . PR . LEG . III . ITAL (Grut. 51, 1), quem una cum legione provinciam quoque rexisse ipso titulo *legati pro praetore* clare apparet; legio autem III Italica aetate certe itinerarii Antonini in Norico castra habebat (p. 249 ed. Wess.; p. 115 ed. Pinder). Accedit, quod Eutropius (IX, 6) Valerianum *in Raetia et Norico agentem* imperatorem ab exercitu factum esse narrat; qui quum iam ante a. 238 fasces gessisset (Zosim. 14), duas provincias praetorias coniunctas ei ut consulari datas esse B. suspicatus est. Cf. etiam Or. 798. 3) i. e. in territorio *coloniae Milei;* cf. It. Ant. p. 28; tab. Peut. 4) Gentiles Fraxinenses iidem sunt, qui apud Or. 529. *satellites* dicuntur *rebellis Faraxen.* 5) Idem *Faraxen* sub auspiciis Deciani captus et interfectus a Gargilio, qui ipse deinde *insidiis Buvarum deceptus* est. Id si verum est, res titulo Lambaesitano traditae ad annos circiter 259 et 260 pertinent. Monumentum enim Gargilii annum provinciae CCXXI prae se fert; cf. ad n. 5337.

ad n. 5299: . . . . . OCT ‖ . . . . . IIIIID; v. 6. denuo mihi inspicienti videbatur re vera legi TYNNA. ad n. 5334: not. 1. pro 505 scribe 525.

CAPVT II. MONVMENTA HISTORICA.

§ 1. ad Or. 537: male Kellermanno assensus sum; scalis enim admotis inscriptione denuo inspecta exiguum quidem, neque tamen dubium vestigium litterae I superesse cognovi.

§ 2. post n. 5351 adde hunc lapidem miliarium Hatriae effossum:

7414 *δ*. P · POPÍLLIVS · C F ‖ COS [1]) ‖ LXXXI — V. de Vit, *le antiche lapidi romane della provincia del Polesine, Venezia* 1853, 8. p. 11.

1) a. 622; cf. ad Or. 3308. De viis per Italiam ab eo factis cf. nunc Mommsen, *R. Gesch.* II, p. 370.

§ 3. ad Or. 611: suam opinionem Zumptius defendere studuit contra Mommsenium libello, cui titulus: *de fastorum municipalium Campanorum*

fragmento defensio, *Berolini* 1853, 4, contra Rossium *epistola critica de fastorum municipalium Campanorum fragmento*, ibd. 1854, 4.

§ 4. ad n. 5366: denuo Zumptius Sentio Saturnino inscriptionem tribuit Comment. epigr. II, p. 109 seqq.; neque tamen mihi certe persuasit, non Asiam, sed Africam Quirinium rexisse (p. 91), quum apud Florum epit. II, 31 valde incerta codicum lectio sit, et Marmaridas praesidi potius Cyrenaicae, quam Africae subigendos datos esse crediderim. Praeterea ipsa temporum consecutione Marmaricam illam expeditionem post annum 759, quo Gaetulos Cossus vicit, factam esse apparet; id si verum est, ad quaestionem hic propositam nihil pertinet. Quod autem Z. Balbum easdem gentes vicisse dicit, quas Augustum Quirinio subigendas dedisse credit, ne hoc quidem verum est; nam inter gentes ab eo devictas Garamantes quidem, minime vero Marmaridas Plinius commemorat (Plin. N. H. V, 5, 36). Contra, quamquam Quirinium Asiae proconsulem fuisse disertis veterum testimoniis non elucet, in serie tamen proconsulum eius provinciae annus 747 liber est et consuli anni 742 commode assignatur. Ipsum autem Saturninum Africae proconsulem fuisse, Tertulliani verbis probari videtur (de pallio c. 1; cf. adv. Marc. IV, 10), ubi de colonia Carthaginiensi sic loquitur: *post Gracchi obscoena omina et Lepidi violenta ludibria*, *post trinas Pompeii aras et longas Caesaris moras*, *ubi moenia Statilius Taurus imposuit*, *sollemnia Sentius Saturninus enarravit*, *quum concordia iuvat*, *toga oblata est*. Ibi enim verba *sollemnia enarravit* ad coloniam inaugurandam referuntur, demonstrat autem exemplum coloniae Patrensis, longum interdum temporis intervallum inter decretum de colonia deducenda factum ipsamque eius inaugurationem intercidisse; cf. Eckhel II, p. 236; III, p. 335. Quapropter fieri sane potuit, ut decretum quidem de deducenda colonia Carthaginiensi anno 725 fieret (Dio 52, 43), deducta vero circa annum demum 740 inauguraretur. Sin autem Saturninum Africam rexisse concesseris, lapidem Tiburtinum ad eum non spectare patet. Praeterea Z. de duplici legatione Syriaca Sentii Saturnini nihil constare, constare contra de Quirinii confitetur (p. 108 et p. 123). Qui quum propter castella Homonadensium expugnata triumphalia quoque meruisse a Tacito narretur (Ann. III, 48), nihil certe impedit, quo minus sententiam Sanclementii adoptemus; quod enim Z. in expeditionibus illis duas tantas victorias accidisse negat, unde duplices supplicationes decernerentur, id eodem iure aliquis negare atque affirmare potuerit.

§ 7. ad n. 5395: Rubellium Blandum ante annum 772 fasces non gessisse, fastis Antiatibus nunc patet (n. 6442). Quum vero inter consulares anno 774 a Tacito nominetur (Ann. III, 51), anno autem 772 P. Petronius Balbo suffectus cum Silano consul fuerit, Rubellio sex tantum menses posteriores anni 773 restant, quibus cum Annio Pollione fasces gessit (ex litteris a Borghesio missis).

ad n. 5398: nuper v. cl. Canina ad templum Fortunae muliebris pertinere titulum proposuit (Ann. Inst. Arch. 1854, p. 59 seqq.).

§ 11. ad n. 5423: ab initio versus 6. scribe IVS pro *eius*, quod nescio quo errore vel meo vel typothetae in textum irrepsit. — Explicatio Mommsenii non placet; vix enim dici posse puto *neptis Augusti eius beneficio*, omisso nomine mulieris.

§ 14. N. 777 suspectus; ex Ligorio enim desumptus est.

§ 15. ad n. 5441, not. 1, b. 2. dele *esse*.

§ 16. ad n. 5458: nuper A. W. Zumptius (Comment. epigr. II, p. 10 seqq.) Severum ab Hadriano Aug. bello Iudaico gerendo praepositum eundem esse affirmavit cum Ti. Severo, cui notissimae inscriptiones Ancyranae (C. I. Gr. 4033. 4034) dedicatae sunt; at cf. Borghesium, qui eundem eum fuisse reputat cum *Sexto* Iulio Ievero cos. anni 880 *età di Giovenale* p. 29 et Ann. Inst. Arch. 1853, p. 216; Card. Dipl. XIV.

§ 17. adde inscriptionem, ut videtur, Pollentinam, quam Augustae Taurinorum ipse descripsi:

7414 *b*. . . . . . . NTVTI ‖ . . . . . /)ESIG ‖ *sa*CERDOTI ‖ *div*AE PLOTINAE ‖ *p*OLLENTIAE ‖ *d*IVAE · FAVSTINAE ‖ TAVRIN ‖ DIVAE · FAVSTIN*ae m*AIO*ris* ‖ CONCORDI*a*E ‖ COLL · DENDR · POLL ‖ L · D · D · D

§ 18. ad n. 5473: quae de familia M. Aurelii olim proposuerat Borghesius, nuper ipse correxit, *Bull. Nap. N. S.* III, p. 124 seqq., Fadillam Cn. Claudio Severo consuli a. 916 et 926 nupsisse affirmans, qui gener dicitur M. Aurelii Augusti C. I. Gr. 4154. Inde probabile, Vibiam Sabinam uxorem fuisse Petronii Mamertini, Cornificiam vero Antistii Burri; l. l. p. 125.

Ad n. 5478: de *dilectatoribus* v. ad 7420 a.

§ 19. ad n. 5484: pro *Doneir* scribe *Dmeir* Syriae.

§ 22. ad n. 5494, not. 1: pro *Pannoniam* scribe *Moesiam*. — De hoc titulo pluribus nuper egit Renier, *Mélang. d'épigr.* p. 163 seqq., qui exemplum secutus v. cl. de la Mare v. 10. pro AVG · PII legit AVGVSTI, minus recte, ut opinor. Idem v. d. hoc documento usus est, ut Septimium Severum una cum Pannonia etiam Germaniae praefuisse confirmaret, imperatorem eum unquam in hac provincia commoratum esse negans; sed oblitus est, Severum, quum contra Albinum legiones duceret ex oriente reversas, nullo alio itinere, nisi per Germaniam superiorem, in Gallias invadere potuisse.

§ 25. ad nn. 5514. 5515 adde titulum sequentem, quo recte Borghesium sacerdotium Elagabali illis inseruisse confirmatur:

7414 a. . . . *hon*ORI IM*p* ‖ *m*. AVRELII ANTO‖*n*INI PII FELICIS AVG ‖ *sa*CERDAIIII [1]) INVICI‖TI SOLIS ELAGABA‖*li p*ONT MAX TRIB · POT ‖ III (vel IIII) COS III [2]) P P ‖ *s* · P · Q · F · [3]) — Olim Ferentini. Marinius in schedis suis Vaticanis in Museo Vaticano lapidem exstare dicit, ubi frustra eum quaesivi. Ed. Amadutius, Anecd. III, p. 462, 5. Ego apographum Marinii dedi, sed ne hic quidem titulum intellexit.

1) Erit *sacerdot . dei*. 2) a. 220 vel 221. 3) *senatus populusque Ferentinas*.

§ 27. ad n. 5521: quae de inscriptione Maximino Aug. tribuenda proposui, iam non placent; Augusti enim nomine bis obvio monumentum eo tempore positum esse constat, quo solus Septimius eo nomine utebatur. Supplendum igitur ANTONINI CAESARIS; unde inter annos 196 et 198 monumentum factum esse, litteris de praesidibus Daciae nuper ad me datis Borghesius censuit.

§ 28. adde:

7414 a α. IMP CAES M ‖ AN[1]) GORDIANO ‖ P F INVICTO AVG ‖ PONTIF · MAX ‖ TRIB POT III[2]) ‖ PATRI PATRIAE ‖ COS PROCOS ‖ COH I ∞ HEM[3]) GORDIANA ‖ SAGITT · EQ · C · R ‖ NVMINI · EIVS ‖ DEVOTISSIMA — *Duna pentéle* Pannoniae. Seidl, *Beiträge zu einer Chronik d. arch. Funde* cet. ex *Archiv f. Kunde Oesterr. Gesch.-Quellen* XIII, 1, p. 123, 2.

1) corr. ANT. 2) a. 240. 3) Cf. n. 6927.

§ 30. ad 5535 typothetae errore omissa est not. 6: *Quae* EST *Sub* CL*audio* N · · · · CIA *Sub* PR*aefecto*.

Decium, antequam imperaret, legatum fuisse Lusitaniae probavit Borghesius, *diploma di Traiano Decio* p. 22, titulo Grut. 151, 5, correcto ex schedis quibusdam apud Labusium olim asservatis et ex cod. Vat. 5242, p. 97; cf. Grut. 1019, 11 et Murat. 2010, 3. 4.

§ 36. adde titulum Cuiculitanum a Borghesio mecum communicatum:

7414 a β. IOVI OPTIMO MAXIM ‖ CETERISQVE DIS ‖ IMMORTALIBVS ‖ GRATVM REFERENS ‖ QVOD ERASIS FVNDITVS ‖ SIBVS[1]) SECVNDA PRAEDA ‖ FACTA SALVVS ET INCOLVMIS ‖ CVM OMNIB · MILITIBVS ‖ DD · NN · DIOCLETIANI · ET ‖ MAXIMIANI AVGG ‖ REGRESSVS ‖ AVREL · LITVA V · P · P · M · C[2]) ‖ VOTVM LIBENS POSVIT —

1) HOS†BVS, corr. B. 2) V*ir* P*erfectissimus* P*raeses* M*auretaniae* C*aesariensis*. — Cf. 7414 γ et Or. 529.

§ 39. ad n. 5594: immerito Mommsenius novicia iudicavit esse exempla Mesae asservata, quae praeter Philippium etiam de Rossi et vidit et antiqua esse mihi asseveravit. — De duobus exemplis Tarricinensibus disseruit Marinius, *difesa per la serie de' prefetti di Roma del ch. P. Corsini*, Bologna 1772, 4, qui paullo post annum 510 titulum incisum esse docuit, p. 60. De nota Ē minime rara in monumentis illius aetatis cf. l. l. p. 58.

Post n. 5595 adde titulum Capuae (*S. Maria di Capua*) nuper effossum:

7414 a γ. · · · · · · · · · IISCI[1]) ‖ · · · · · · PLM ‖ ANNVM VNVM S M OC‖TO DEPOSITVS SVB ‖ DIE NONV KAL IVNIA‖S IMP DN IVSTINO PP ‖ AVG ANNO QVARTO ‖ ITERVM PC EIVSDEM ‖ AVG ANNO TERTIO •[2]) — Bull. Nap. N. S. IV, p. 38.

1) l. *requiescit*, Minervini. 2) cf. I. N. 3896 et 3897. — Spectat ad annum 569, Min.

CAPVT IV. DII IMMORTALES.

§ 1. ad n. 5633 a: pro *Calibitae* scribe *Calybitae*.

Post n. 5635 adde titulum Pisauri nuper effossum, quem de ectypo chartaceo a Rocchio subministrato descripsit mihique misit Borghesius, in lapide valde evanido de nonnullis litteris non satis sibi constare confessus:

7415. CVLTORES · IOVIS · LATII[1])
M. FREMEDIVS SEVERVS · ET · BLASSIA VERA PATRONI
IN DEDICATIONE DEDERVNT PANE ET VINV ET · X · S[2])
P SENEKA CORNELIVS PATRONVS · AREAM · D · D ·
M FREMEDIVS IVSTVS ET IVSTINVS SECVNDVS MVRS · Ↄ[3])

L · LVRIVS CLEMEN S	P CEIIENNIVS[4]) LEO
T COSSONIVS SEVERVS	M INSTEIVS PVDEN S
C TEDIVS SALVTARI S	AVGVSTALIS VETV L[5])
· · · · · IIIIII · · · · · ·	T SVEDIVS PROCVLV S C · INSTEIVS · · · · · ·
· · · · · · · · · · · · · · ·	· · · · · · · · · · · · · · ·

1) Iuppiter Latius in monumentis epigraphicis antea ignotus. 2) i. e. *Xsemis*. 3) Haec corrupta. 4) Fortasse CESSENNIVS, B.; num CERFENNIVS? 5) Insteius Pudens Augustalis Vetuloniae erat.

Post n. 5369 insere inscriptionem arae fulmine Iovis ornatae, rep. in civitate *Heddernheim:*

7416. IOVI · OLBIO[1]) ‖ SELEVCVS ‖ HERMOCRA‖TVS ·[2]) QVI · ET · DIO‖GENES · D · D — Becker, *die R. Inschriften im Gebiete der Stadt Frankfurt a. M.*, p. 12.

1) De Olba Ciliciae et templo Iovis celeberrimo cf. Strabon. XIV, p. 672. 2) i. e. Hermocrateos, B.

Post n. 5650 adde monumenta Lambaesitana, Renier, *Inscr. de l'Algérie* n. 28 et 29:

7416 α. IOVI VALENTI AESCVLAPIO ET SALVTI SILVANO ‖ IMP · CAES · M · AVRELIVS ANTONINVS AVG · PONT · MAX · ET ‖ IMP · CAESAR · L · AVRELIVS VERVS AVGVSTVS ‖ HAS AEDES PER LEG · III · AVG · FECERVNT — Inscriptio in aede Aesculapii et aediculis ad latera eius positis distributa; cf. l. l. n. 28.

7416 β. IOVI VALENTI ‖ D · FONTEIVS FRONTINIANVS ‖ L · STERTINIVS RVFINVS LEG ‖ AVGVSTOR ·[1]) PR · PR · COS · DESIG · In aede Aesculapii.

1) M. Aurelii et L. Veri.

§ 3. ad n. 5666: eundem GEMINIVM Capellianum (ita enim scribendum est) habes Grut. 19, 4, neque mihi certe dubium, quin in tabulis honestae missionis Arneth. XI et XII idem legatus Pannoniae commemoratus sit; quod si verum est, sub Antonino Pio eum vixisse et ab adversario Gordianorum omnino diversum esse apparet.

§4. ad Or. 1356 adde:

7416 γ. N ∘ AVG ‖ DEO MAR‖TI ∘ SEGOM‖ONI DVNATI[1] CASSI‖A SATVR‖NINA EX VOTO ‖ V · S · ∘ L · M · ∘ — *Culoz, dép. de l'Ain. Revue archéol.* 1852, p. 315.

1) cf. SEGOMONI CVNTINO; l. l.

§10. ad n. 1446: corr. v. 2. DIANAE; v. 3. EISDEM; v. 4. D · S · F · C · Furlanetto, *Iscr. Pat.* p. 18, n. 26; Cavedoni, *Museo del Catajo* p. 108, n. 1511.

Ad n. 5706: suspicionem movent et nomen legionis a me correctum et veteranus miles sevir Augustalis; Romanum saltem monumentum esse nequit, quum Romae Augustales non fuerint.

§12. ad n. 5716: ex exemplo meo edidit Fr. Ritschl in indice scholarum in universitate Bonnensi per menses aestivos a. 1855 habendarum, Bonnae 1855, 4, versibusque *ionicis a minore* eum constare demonstravit. Idem optime inscriptionem interpretatus est, de qua minus accurate ipse disputavi in Bull. Inst. Arch. 1854, p. XXXVI. — Not. 3. intellige: *facias me videre R. a dominis*, sc. imperatoribus, *munere et honore auctum* cet.

§15. ad n. 5721: cf. p. 163, n. 1 libri laudati, quem opere absoluto et typis expresso tandem accepi. Coniecit tamen magis, quam legit, Renierus ABRECVRAE, quamquam satis probabiliter.

Post n. 5724 adde hos titulos Lambaesitanos:

7416 δ. DEO INVICTO SATVR‖NO SACR P ANTO‖NIVS DONATVS ‖ SACERDOS VNA ‖ CVM ANTONIO DO‖NATO FILIO SVO A SOLO RE‖STITVIT LA — et

7416 ε. FRVGIFERO ‖ SATVRNO ‖ AVG · SAC ‖ TI · TELTONIVS ‖ MARCELLVS ‖ PRAEFEC ‖ |LEG III| AG · P · V ‖ V · S · L · M — Renier, *Inscr. de l'Algérie* 167. 168.

§21. post n. 5749 adde:

7416 ζ. SILVANO PEGASIANO ‖ D · FONTEIVS FRONTINANVS ‖ L · STERTINIVS RVFINVS LEG ‖ AVGVSTOR · PR · PR · COS · DES — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 30.

Silvanum Sinquatem v. n. 7416 a.

§23. ad Or. 1632: De Severo et Pompeiano $\overline{\text{II}}$ cos disputavit nuper Borghesius *Bull. Nap. N. S.* III, p. 121 seqq. ad hanc inscriptionem Naronae inventam:

7416 η. TEMPLVM LIBERI ‖ PATRIS ET LIBERAE VETVS‖TATE DILAPSVM RESTITVIT ‖ COH · $\overline{\text{I}}$ · BLG · ADIECTIS POR‖TICIBVS CVRAM AGENTE ‖ FL · VICTORE 7 LEG · · · AD · P · · ·[1] ‖ SEVERO ET POMPEIANO ‖ $\overline{\text{II}}$ · COS[2]) —

1) l. *legionis adiutricis piae fidelis.* 2) Generi sunt M. Aurelii Aug., Cn. Claudius Severus primum fascibus ornatus anno 163, et Ti. Claudius Pompeianus legatus consularis Pannoniae inferioris anno 167, mariti hic Lucillae, ille Fadillae (cf. ad 5473 corr.), qui iterum consules processerunt anno 173. De singulis cf. l. l.

§ 24. ad Or. 1658: v. 5. l. BARNAI; v. 7. PLOTI · ANTEROTIS; ubique littera T super ceteras litteras eminet; vidit de Rossi in villa Carpinea ad viam Aureliam.

§ 25. adde inscriptionem hanc Lambaesitanam, Renier, *Inscr. de l'Algérie* 103.

7416 ϑ. GENIO CASTRORVM ‖ LEG · III · AVG · PRO ‖ SALVTE ET INCOLVMMITATE · DD · NN ‖ IMPP ///////////////////////‖ /////////////////////////[1]) ‖ M AVREL DECIMVS ‖ V P P P · N ·[2]) EX · PRIN‖CIPE PEREGRINO‖RVM VOTVM ‖ SOLVIT DEVO‖TVS *numini maies*‖TATIQVE EIVS [3])

1) Nomina erasa Diocletiani et Maximiani sunt; cf. 6922. 2) *Vir Perfectissimus Praeses Provinciae Numidiae.* 3) Verba minoribus litteris indicata ad erasam quandam inscriptionem priorem pertinent, R.

§ 27. ad n. 5802: scr. *ΑΓΣΙΗΟΙΝΗ.*

§ 35. ad n. 5862: inscr. Graecae v. 3. *ΣΕΞΤΟΣ;* inscr. Lat. v. 3. recte MENIS; cf. Renier, *Mél. d'épigr.* p. 129 seqq., qui *menis magistrum* deum pro *menotyranno* dictum esse non sine probabilitate suspicatus est, de inscriptione autem Vario Marcello tribuenda et omnino ad Severum referenda ingeniosius quam verius disputavit.

§ 36. post n. 5902 insere sequentes inscriptiones Lambaesitanas:

7416 ι. DIS MAVRIS ‖ AVG SACR ‖ L · FLAVIVS ‖ M · FIL · QVR ‖ GEMINVS ‖ KALAMA ML ‖ |LEG III| AVG ‖ V · S · L · A — Renier, *Inscr. de l'Algérie* 149.

7416 κ. MEDAV‖RO AVG ‖ *Sacru*M — l. l. 153.

7416 λ. MOENIA · QVI · RISINNI ·[1]) AEACIA · QVI · COLIS · ARCEM ‖ DELMATIAE · NOSTRI · PVBLICE · LAR · POPVLI· ‖ SANE MEDAVRE DOMI ESACE[2]) HC NAM TEMPLA QVOQ ISTA ‖ VISE · PRECOR · PARVA · MAGNVS · IN · EFFIGIA · ‖ SVCCVSSVS · LAEVA · SONPES ·[3]) CVI · SVRGIT · IN · AVRAS ‖ ALTERA · DVM · LETVM · LIBRAT · AB · AVRE · MANVS ‖ TALEM · TE · CONSVL · IAM · DESIGNATVS · IN · ISTA ‖ SEDE · LOCAT · VENERANS · ILLE · TVVS //////////////[4]) ‖ NOTVS · GRADIVO · BELLI VETVS · AC · TIBI · CAESAR ‖ MARCE · IN · PRIMORI · PARVS · VBIQVE · ACIE

· ·

ADEPTO · CONSVLATV ////////////////////////////[4]) ‖ TIBI · RESPIRANTEM · FACIEM · PATRII · NVMINIS ‖ HASTAM · EMINVS · QVAE · IACVLAT · REFRENO · EX . EQVO ‖ TVVS · MEDAVRE · DEDICAT · MEDAVRIVS · — l. l. 36.

1) Est *Rhizinium* Delmatiae; cf. Forbiger III, p. 842. — Idem (II, p. 859) *Medauram* civitatem fuisse Numidiae, quae vulgo *Admedera*, *Ammedera* vocatur, ex inscr. Grut. 600, 10 apparere male credit; *Medaurianus* enim agnomen est *Numidae* Augusti servo ideo inditum, quia antea Medaurio cuiusdam servus fuerat, ipsius, ni fallor, legati hac inscriptione clari. 2) l. DOMI ESSANCTE. 3) = equus. 4) Nomen dedicantis, legati, ut videtur, legionis III Aug., abrasum. — Habemus igitur deum sive heroem quendam patrium Delmatiae.

7416 μ. MOTMANO ‖ ET ‖ MERCVRIO ‖ SACRVM ‖ Q MANLIVS ‖ VICTOR ‖ 7 LEG III AVG ‖ V · S · L · A — l. l. 160.

§ 36. post n. 5911:

7416 a. DEO SILVANO SINQV[1]) ‖ PATERNIVS PRO SA‖LVTE EMERITI FILI ‖ SVI · IOS[2]) L M — In basi aerea parvulae statuae rep. anno 1851 in loco, cui nomen est *le Château*, *prope Géromont* in finibus Francogalliae et Belgicae. Jeantin, *les chroniques de l'Ardenne et des Woëpures*, t. I, Paris et Nancy, p. 567.

1) l. SINQV*ati*; v. n. sequentem. 2) l. POS.

7417. DEO SINQVAT ‖ L · HONORAT‖IVS ANVS ‖ V · S · L · M — Lamina aerea affixa basi parvulae statuae, rep. a. 1846 in eodem loco, quo n. 7416 a. Op. cit. l. l.

CAPVT V. RES SACRAE.

§ 2. ad n. 5973, not. 2 fin. nota inscr. Grut. 331, 5 e schedis Knibbii, apud Murat. 1250, 4 e Ligorio datam esse.

7417 α. D M S ‖ AVILLIVS ‖ CELSVS SACER‖DOS SATVRNI ‖ VIXIT AN LXXX ‖ AVILLIA SATVR‖NINA FILIA ‖ P · M · F — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Algérie* 380.

§ 3. 7417 β. D M S ‖ SALLVSTIA VICI‖TORIA SACERDA (sic) ‖ MAGNA V A XCV ‖ MENSIB VII IV‖LIVS FAVSTINVS ‖ ET IVLIA DONATA ‖ MATRI BENE MERENTI — Lambaese. Op. cit. 744.

§ 5. ad Or. 2202: l. 5 pro p. 202 scr. p. 220.

Adde n. 7417 γ. M · LVCRIITIO · FLAM · MARTIS DIICVRIONI POMPIII — Pompeiis, in epistola picta in pariete domus cuiusdam. Bull. Nap. N. S. IV, p. 55.

§ 8. ad Or. 2242: idem Sullinus commemoratur anno 186 in albo Saliorum Palatinorum.

Post n. 6008 insere inscriptionem, quam nescio quo casu ineditam descripsi nuper haud exiguo cum labore in Museo Vaticano:

7418. D · M · IN · HOC · TVMVLO · IACET · CORPVS ‖ EXANIMIS (sic) · CVIVS · SPIRITVS · INTER DE‖OS · RECEPTVS · EST · SIC · ENIM MERVIT ‖ M VLPIVS MAXIMVS EQVES ROMANVS QVI ET ‖ LVPERCVS CVCVRRIT[1]) VIVS[2]) LOCI REFRIGE‖RAT[3]) CVIVS FAMA IN ETERNA (sic) NOTA EST ‖ QVI VIX ANN · XL · MENSIB · III · DIES · XXVIIII · ‖ · · · · · · IESIS · CONIVGI · INCONPARABILI ‖ · · · · · · · · TISSIMO MARITO MEO QVI · VI ‖ XIT MECVM PLVS · MINVS ANNOS · XVIII · IN QVO ‖ NVLLA QVERELLA ABVIT CVM BIXIT BIXIT (sic omnia) ‖ VBI DEFVNCTVS ES (sic) MALE BIXI ‖ · P · —

1) Nota verbum currendi huius sacerdotii proprium. 2) i. e. *huius*. 3) Incertum, utrum T, an S in marmore fuerit.

Post § 9. adde § 10: *fratres Arvales.*

7419\. . . . . . T SEXTIVS · AFRICANVS · AEL*ius* · *lamia* · *m* · *valerius* [1])
*m*ESSALLA
IIII · K · IVLIAS · INCAP*itolio* · *l* · *vitellius* · *magister* [2])
*co*NLEGI · FRATRVM · ARVALIVM · N*omine* · *vota* · *nuncupavit* · *pro valetudine* [3])
5 *ne*RONIS · CLAVDI · DRVSI · GERMA*n* · *caes* · *praeunte* . . . . . *in e* · *v* · *q* · *i* · *s* · *s* [4])
*iu*PPITER · OPTIME · MAXIME · TE · PR*ecamur* · *atque* · *obsecramus* · *uti*
*t*V · NERONEM · CLAVDIVM · SVBO*lem* · *agrippinae* · *aug* · *imp. claudii* · *germ* ·
*d*IVINI · PRINCIPIS · PARENTISQVE · *publici* · *filium* · *princ* · *iuvent* · *salvom* · *incolu* [5])
*m*ENQVE · CONSERVES · ET · INRELIQ*uom* · *malae* · *valetudinis* · *primo* (sic)
10 QVOQVE · TEMPORE · PRAESTES · EX*pertem* · *quae* · *si* · *ita* · *sunt* · *eruntve* · *astu* · *ea* · *ita*
*f*ACXSIS · TVM · NOS · TIBI · BO⅃E · AVR*ato* · *vovemus* · *esse* · *futurum* [6])
*iu*PPITER · OPTIME · MAXIME · QVAE · I*n verba* · *tibi* · *b* · *a* · *vovimus* · *esse* · *futurum*
QVOD · HODIE VO⅃IMVS · ASTV · EA · IT*a* · *facxsis* · *tum* · *nos* · *in eadem* · *verba*
QVOD CONLEGIVM · FRATRVM · AR*valium* · *hodie* · *vovit* · *b* · *a* ·
15 *ti*RI · ƎO⅃EMVS · ESSE · FVRVM (sic)
*iu*NO REGINA · QVAE IN VERBA · IO⅃*i* · *optimo* · *maximo* · *b* · *a* · *vovimus* · *esse*
*f*VTVRVM · QVOD · HODIE · ƎO⅃IMV*s* · *astu* · *ea* · *ita* · *facxsis* · *tum* · *nos* · *tibi* · *in e* · *v*
*c*ONLEGI · FRATRVM · AR⅃ALIVM · NO*mine* · *bove* · *aurata* · *vovemus* · *esse* · *futurum*
*mi*NERVA · QVAE IN VERBA · IVNON*i* · *reginae* · *b* · *a* · *vovimus* · *esse* · *futurum* · *quod*
20 *h*ODIE · VOVIMVS · ASTV · EA · ITA · FAC*xsis* · *tum* · *nos* · *tibi* · *in eadem* · *verba* · *conlegi*
*frat*RVM · AR⅃ALIVM · NOMINE · BO⅃*e* · *aurata* · *vovemus* · *esse* · *futurum*
*sa*LVS · PVBLICA POPVLI · ROMANI · Q*uiritium* · *te* · *obsecramus* · *preca* [7])
*m*VRQVE · VTI · TV · NERONEM · CLAV*dium* · *subolem* · *agrippinae* · *aug* · *imp* · *claudii*
*g*ERMANICI · DIVINI · PRINCIPIS · *parentisque* · *publici* · *filium* · *princ* · *iuvent*
25 *s*ALVOM · INCOLVMEMQVE · CON*serves* · *et* · *in reliquom* · *malae*
*v*ALETVDINIS · PRIMO · QVOQVE · *tempore* · *praestes* · *expertem* · *quae* · *si* · *ita* · *sunt*
*e*RVNTVE · ASTV · EA · ITA · FACXSIS · TVM · *nos* · *tibi* · *b(ove)* · *a(urata)* · *vovemus* · *esse* · *futurum*
IN CONLEGIO · ADFV*erunt*
. . . . AIICI. . . . . /SSILA [8]) . . . .

— Fragmentum actorum collegii fratrum Arvalium Romae erutum, nunc in Museo Capitolino. Melchiorri, *appendice agli atti de' fratelli Arvali di G. Marini*, *Roma* 1855, 4 (opus postumum). Ipse vidi et paucis locis correxi.

1) cf. Mar. Arv. XIV, XV, XVI, XVIIa, XVIIb, et p. 105 de Sextio Africano (Tac. Ann. XIV, 46). Aelium post hunc commemoratum Melchiorrius ex sententia Borghesii Aelium quendam Lamiam esse censet, p. 5. 2) Dies *iiii kal. iulias* quum in ceteris actis fratrum Arvalium nunquam commemoretur, extra ordinem collegium

convenisse ac vota singulari quadam oblata occasione nuncupasse apparet; quapropter editor ad vota pro *adoptione* Neronis Caesaris nuncupata tabulam pertinere suspicatus est. At melius verba cum sententia Mommsenii conspirant, qui vota pro *valetudine* Neronis nuncupata esse censuit. — Messallam ab initio versus eiusdem obvium M. Valerium M. consulem anni 58, magistrum vero collegii in fine desideratum L. Vitellium esse putat, quem tabula Mariniana XI eo magisterio functum esse sub Claudio imperatore docemur. 3) Ita Mommsenius, cui supplementa quoque debentur versuum 9. 10 et 25. 26. 4) Supplementa Melchiorrii, quamquam celerorum versuum modum paullulum excedunt, vera tamen videntur esse; quae verbis per compendia notatis breviora reddere conatus sum. 5) Nota titulum *divini principis* hoc documento primum obvium: *parentis publici* nomen habes Mar. Arv. XIII. XXVIII et p. 90. — Titulum *principis iuventutis* ipse addidi vv. 8 et 24. — 6) Melchiorrius voce *aurato* versum terminat, eam cum *esse furum* v. 15 fortasse ratus coniungendam esse, versumque 12 voce *In verba* explet; sed parum bene sermonem tum procedere patet. Quamobrem ipsum votum equidem credidi repetitum versusque sequentes ea ratione supplendos esse, qua feci. In his nota errore quadratarii scriptum *tiri*, *furum* pro *tibi*, *futurum*. 7) Melch. supplevit: *Quae . in . verba . Minervae . vovimus . b . a . esse . futurum . te . obsecramus . precamurque*, et in v. 27: *tum . nos . tibi . in eadem . verba . conleg . fr . arv . nomine . b . a . vovemus . esse . futurum*; quibus verbis versus celeris multo longiores fieri nemo est qui non videat. Praeterea ipsa verba, in quae vovetur, quum denuo proferantur (*uti — eruntve*), formulae de Iunone et Minerva usitatae in Salute publica locus esse nequit. Immo redeundum esse videtur ad ea verba, quibus votum continetur Iovi nuncupatum, nisi quod pro *bove aurato* ponendum erit *bove aurata*. — Q litteram *Quiritium* nominis vestigium esse credidi, licet in ceteris monumentis fratrum Arvalium *Salus publica populi Romani* simpliciter appellata sit. 8) Male Melchiorrius legit AEL et LA, *Aelii* et *Messallae* nomina hic exstare ratus. Mihi de prioribus litterarum fragmentis non plane constat num littera quarta re vera fuerit C, neque igitur decidere ausim de nomine iis indicato. Pro *Messalla* contra legendum est *iuni*VS SILA*nus*; cf. Marin. VIII. IX. — Nota litteram Claudianam Ⅎ raro admodum in tabula nostra positam.

Ad n. 7419 *a*. 1) Commodus quintum consul processit anno 186, sextum anno 190, unde recte R. aetatem fragmenti his annis circumscribi declaravit. 2) Omisi *et* particulam ab Rossio ante DIVI admissam. — PRQ est *Populi Romani Quiritium*. 3) Hoc versu praenomen *Gaio* fuisse docemur Arrio Antonino n. 6485. — M. Antonium Iuvenem habemus Mar. Arv. XXXII. XXXIII. 4) De L. Novio Rufo cf. Borghesium l. l. p. LIII, qui anno 193 eum legatum Pertinacis fuisse Hispaniae Tarraconensis inscriptione Grut. 209, 1 probat; anno 197 ut amicus Albini a Severo interfectus est (Spart. Sev. 13). Hinc Borghesius Rufum ducem fuisse suspicatur factionis Albinianae in Hispania, quam a Candido devictam esse scimus; cf. ad Or. 798. De consulatu eius nihil constat nisi quod de ipso fragmento proposuimus. 5) Errore quadratarii *segmetatis* pro *segmentatis*. 6) Pertinax iunior filius eius, qui postmodum imperavit, tum praefecti urbi. — Flavium Sulpicianum pro eodem cum Fl. Claudio Sulpiciano socero Pertinacis Rossius habet.

7419 α.

I . . ISI . . . .

. . . . *iovi* · *o* · *m* · *bovem* · *marem* · IVNONI RE*ginae bovem feminam*
saluti · *bovem* · *feminam* · *i*SDEM COS . . . *idus* · *ianuarias*
in pronao · *aedis* · *concordiae* · *fratres* · *arv*AL · SACRIFIC · DEAE DIAE IN*dixerunt*
ibique . *T. Fl. Sulpicianus* · *promagister* · *velato* CAPITE CONTRA ORIENTEM S*ub divo* · *columine*
quod · *bonum* · *faustum* · *felix* · *fort*VNAT · SALVTAREQ · SIT IMP CAES M · *Aurelio* · *commodo*
anton:no · *aug* · *pio* · *sarm* · *germ* · *max* · *p* · *m* · PP COS V · OPTIMO MAXIMOQ · PRINC*ipi* · *divi* · *marci* [1])
antonini · *filio* · *divi* · *ant*ON · PII NEPOTI · DIVI HADRIANI · PRO*nepoti* · *divi*
traiani · *parthici* · *abnepo*T DIVI NERVAE ADNEPOTI SENATVI · P R Q *fratribusque* [2])
arvalibus · *sacrificium* · DEAE DIAE HOC ANNO ERIT . ANTE DIEM VI K · IV*nias* · *romae*
ante · *diem* · *IIII* · *kal* · *iunias* · *i*N LVCO ET DOMI · III · K · IVN · CONSVMM · DOMI · AD*fuerunt*
in collegio · *t* · *flavius* · *sulpici*ANVS · PRO MAG · C · ARRIVS ANTONINVS · M · ANT()*nius* · *iuvenis* [3])
. . . . VOL NOVIO RVFO COS VI K IVN*ias* [4])
in palatio · *in divorum* · PER PROMAG · FL · SVLPICIANVM FRATR . AR*vales* · *prae*
textati · *sacrificium* · *deae* · *di*AE TVRE ET VINO FECERVNT · IBIQVE D*iscumbentes*
toralibus · *segm*ETATIS MINISTRANTIB · PVERIS PATR*imis* · *et* · *ma* [5])
trimis · *senatorum* · *filii*S ACILIO AVIOLA ET · ACILIO SEVERO E*t m* · *ulpio* · *boetho* (?)
et · *helvio* · *pertin*ACE IVN · CVM PVBLIC · AD ARAM RE*tulerunt* [6])
adfuerunt · *in* · *collegio* · *t* · *fl*. *sulpicianus* · *promag* · *m* · *antonius* · *iuvenis* . . .

— Fragmentum actorum fratrum Arvalium rep. Romae in Aventino ad D. Sabinae. Bull. Inst. Arch. 1855, p. LII. Supplementa sunt Ioannis Baptistae de Rossi; cf. imprimis Marin. Arv. tabb. XXXII et XXXIII.

§ 20. post n. 6061:

7419 β. C · POMPONIVS · ZOTICVS · COLLEGIO ‖ APOLLINARIO D · D — Cumis in vase aereo Bull. Nap. N. S. IV, p. 51.

§ 24. ad n. 6110: habes nunc delineatum et aeri incisum in Annalibus Instituti Arch. 1854, p. 83.

Ad n. 6115: Mommsenii explicatio non placet; neque enim accusativus vocis *Danaës Danaënen* esse potest, nec sensus verborum convenit. Mihi *Danaë* vocativus est, *habes* autem male pro *habeas* scriptum, ita ut *Danaae* hostia a Soterieho offeratur, qua manes eius placentur, ne uxorem Eutychiam rapiant.

§ 25. ad n. 6123: v. ult. corr. Renier, *Mél. d'épigr.* p. 252: QVI DI‖ES POST BIS VI K FVIT, anni bissexti mentionem in hac inscriptione exstare demonstrans.

CAPVT VI. LVDI. RES SCENICA CET.

Post n. 6153 adde:

7419 γ. .... ‖ DIVISIONES RELIQ .... CONSENTIENTE PLEBe ‖ IN MVNVS GLADIATORIVM ET SAEPTA LIGNEA ‖ INPENDERE ITA VT DEDICATIONE STATVAE ‖ IMP ANTONINI AVG PII PP EDITIO INCHOETVR ‖ ET EODEM DIE OMNIBVS ANNIS CELEBRETVR ‖ DVM EA QVAE LEGIBVS PLEBISVE SCITIS ‖ SENATVSQVE CONSVLTIS CAVTA COMPRE‖HENSAQVE SVNT SERVENTVR — Rep. in loco, cui nomen est *Calorretta*, prope *Saluzzo*, nunc Augustae Taurinorum. Muletti, *Saluzzo* p. 28; Durandi, *città di Pedona* p. 106; Vernazza, *lapide romana spiegata*, cet. Ipse descripsi; neque tamen de litteris mutilis in medio v. 1 plane mihi constat.

7419 a. DIVO PERTINACI ‖ AVG · PATRI[1]) ‖ L · SCANTIVS · L · FIL · QVIR ‖ IVLIANVS · EQ · PVB ‖ EXORNATVS STATVAM ‖ QVAM PROMISIT ‖ EX REDITIBVS LO‖CORVM AMPITHE‖ATRI (sic) DIEI MVNERIS ‖ QVEM DE LIBERA‖LITATE SVA OB HO‖NOREM IIIVIRA‖TVS EDIDIT DEDIT — Constantinae. Renier, *Mél. d'épigr.* p. 182.

1) sc. Severi Augusti.

7419 b. CVRANTE FVLVIO ‖ AEMILIANO C V[1]) ‖ LOCA QVAE IVLIVS IANV‖ARIVS[2]) REIP DONAVERAT ‖ CENTONARI SVO IMPEN‖DIO RESTITVERVNT — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* p. 466, et ex eo Renier, *Mél. d'épigr.* p. 10.

1) Idem cum n. 3134, diversus autem a n. 6486; cf. *Addenda* ad hunc titulum.
2) Cf. Maff. M. V. 312, 1 = Boissieu l. l.: LOCA N D IN CIRC ‖ SEX . IVL . IANVARIVS ‖ AEDIL DAT.

Post n. 6160 insere:

7419 b α.. HYPOLITVS ‖ SEPTIMII ‖ SP · K · IAN ‖ M · LOLLIO · COS[1]) — Romae. Descr. ipse.

1) Spectat ad a. 733 = 21 a. Chr.; cf. Dion. 54, 6.

Ad nn. 6162. 6163: consules fuerunt Sentius Saturninus anno 735 = 19, imp. Caesar Aug. X et C. Norbanus a. 730 = 24. — N. 6163 spurium indicat Mommsenius auctoritate Marinii, neque tamen, ubi

hanc tesseram condemnet, invenire mihi contigit, nec rationes perspicere, quibus adductus falsam eam reputare possim. Num Mommsenius fallitur, tesseram una cum nostra editam (I. N. 6304), quam re vera condemnavit Marinius Arv. 26, cum hac confundens? — Nota tamen SPECT pro SP scriptum.

Post n. 6173 adde:

7419 c. D · M ‖ PAERAEGRI (sic) ‖NO MVRMIL‖LONI PRISCA‖ COIVX PRIMO ‖ PALO [1]) BENE ‖ *merenti* — Rep. prope Puteolos, neque tamen certum, num Puteolis an Cumis tribuendus; exstat Neapoli apud Baronem antiquarium. Bull. Nap. N. S. III, p. 95.

1) Cf. Or. 2572. Nomen *primi pali* a *palo* deducendum esse, quo gladiatores exercebantur, exposui in explicatione musivi in villa Borghesiana asservati, p. 37 (in Actis acad. pont. archaeol. Rom.).

Or. 2596 spurius est.

Ad Or. 2643 cf. Minervinium, Bull. Nap. N. S. IV, p. 4 seqq. et p. 49. Cf. etiam nostros nn. 7421 $\alpha - \gamma$.

CAPVT VII. MATRIMONIVM.

7419 c α. D M S ‖ IVLIA FORTV‖NATA V A XXVIII M‖X CVM SPONSO SVO · ‖ ANN XII V CORNIFIC ‖ FORTVNATVS MENS LEG ‖ III AVG SPONSAE SVAE ‖ KARISSIMAE FECIT — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 564.

7419 c β. D M ‖ CASSIAE ‖ FAVSTINAE ‖ PVPAE V A IV ‖ CASSIA RVF‖INA FIL · P · FEC — Ibd. Op. cit. 497.

7419 c γ. D M ‖ CL · BACVLO QVI ‖ VIXIT ANN V ET DI‖ES XXX TELTONIVS ‖ EROSION COLL‖ACTITIO DVLCISSI‖MO FECIT — Ibd. Op. cit. 509.

CAPVT VIII. NOMINVM RATIO.

Ad n. 6212: cognomina tunc praesertim ante nomina ponebantur, quum pluribus cognominibus aliquis utebatur.

N. 6227 est iam n. 5395, ubi v. in *Corrigendis*.

Ad n. 6239: certum exemplum praenominis *Gaiae* hoc repperi:

7419 c δ. D M S ‖ C · ANNIAE ‖ MAXIMINE ‖ VIXIT ANIS (sic) ‖ XXXIII — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 301; nam in alio monumento Lambaesitano, op. cit. 727, cognomen potius est praenominis instar ante nomen collocatum:

7419 c ε. D · M ‖ GAIAE · IVLIAE ‖ C · IVLI · CELERIS ‖ FILIAE · VIXIT ‖ ANNOS · XVI · DIES · II ‖ C · IVLIVS · FLACCVS ‖ CONIVGI PIENTISSIMAE ‖ AC DE SE BENE MEREN‖TI · ITEM · C · IVLIVS · CE‖LER · PATER · FILIAE · PI‖ENTISSIMAE FECE‖RVNT — (cf. ad n. 6231.)

Ad n. 6246: nomen *Iulii* et *Iuliae* per compendium I expressum habemus nunc etiam in titulis Lambaesitanis, op. cit. 730 et 868:

7419 c ζ. D · M · ‖ I · DEMETRIAN‖VS · MIL · LEG · III ‖ AVG · VIX · AN ‖ XXV · FRATRES ‖ B · MERENTI ‖ FECERVNT — et

7419 c η. D M S ‖ I · MAXIM‖A · V · AN · VII ‖ II · PATER · IN ‖ FECIT —

CAPVT IX. SERVI. OFFICIA DOMVS AVGVSTAE. LIBERTI.

Ad Or. 2972: titulum pro spurio habui, quia ex schedis Farnesianis Fabrettius eum sine indicatione loci desumpsit; neque tamen tacendum erat, Marinium eo velut genuino usum esse (Arv. p. 95). — Nunc *procuratorem castrensem* habes in hac inscriptione nuper Minturnis eruta:

7419 d. · · *aur*ELIO · AVG · *lib* ‖ SATVRNINO ‖ PROCVR · CAST ‖ PLEBS · AERE · CONL ‖ OB · ADSIDVAM · ET · LIBERAM ‖ MVNIFICENTIAM · EIVS — Bull. Nap. N. S. III, p. 96.

Ad n. 6256, not. 1: post *illius* in annotatione Mommsenii excidit *mammae.*

Ad n. 6288, v. ult. supple: *sex · pompeio · ser · sul*PICIO cet.; consules autem sunt anni 749; cf. Borghesi. Ann. Inst. Arch. 1818, p. 255.

Ad n. 6364: quam de litteris singularibus M · D · M · A Mommsenius proposuit sententiam, vix credo probaturum esse, qui ipsum monumentum inspexerit, quod propterea retenta versuum distributione hic denuo afferre liceat:

C · P · P · TREB*oni*ORVM · P · P · C · *f*
THVRARIE*is* · ET · LIBERTEIS
P · TREBONIVS · · · · L · NICOSTRATS (sic)
M · C · P · L · MALCHIO
D · C · L · OLOPANTVS
M · C · P · L · MACEDO
A · C · P · L · ALEXANDER
TREBONIA · C · P · L · IRENA
TREBONIA · C · P · L · AMMIA

— Cf. praeterea nn. 6380 — 6385, et de omissione nominis n. 6594, licet non plane similem.

CAPVT X. RES PVBLICA POPVLI ROMANI.

§ 2. ad Or. 3049, l. 3: pro *obtinaret* scr. *obtineret.*

§ 5. ad n. 6428: dissertationem editam in libello *Strenna* cet. denuo imprimendam curavi in Ann. Inst. Arch. 1854, p. 5 seqq.; ibidem p. 65 seqq. illustravi n. 6429.

§ 6. ad Or. 3134: male *pro magistro Saliorum* Fulvium fuisse dixi; erat enim haud dubie *pro magistro pontificum*; cf. n. 3969 et Bull. Inst. Arch. 1842, p. 143.

Ad n. 6442: l. 17 pro *germanicus* scr. GERMANIC. — not. 3. Borghesius prava lectione deceptum se *Scaurum* et *Firmum* huic anno tribuisse nuper litteris me docuit; in imagine enim tituli a Mommsenio et Garruccio sibi missa legi:

7419 d *α*. AEMILIO SCAVRO
CNTREMIILLIO CoS
VII IDVS IVLIAS
PRIMOGENIAE OVIIS NATAE IN AQVI

Eosdem autem consules exstare in fragmento actorum Arvalium Mar. II, et suffectos esse anno 774. Ipsas litteras in Ann. Inst. Arch. 1855 mox publicandas curabo. — Quod deinde in fastis Capitolinis nomina suffectorum abrasa esse dixi, id minus accurate proposui. Abrasa enim re vera pars prior versus est, neque tamen suffectorum nominibus ibi spatium sufficiebat; praeterea collatis fastis annorum praecedentium facile concesseris, minime fieri potuisse, ut hoc quidem loco suffecti signarentur. Quapropter ibi quoque nomina *Caecina Largus* incisa fuisse conieci, deleta tum, quum effigies eius consulto senatus aboleretur; Tac. Ann. XI, 35. — Not. 5. quae de praenomine Pomponii Graecini Borghesius olim litteris mihi significavit, parum recte disputata erant; nam inscriptio Fabrettiana 701, 224 ad consules pertinet anni 797 = 44 p. C.; conf. Borghesium, Bull. Inst. 1848, p. 41 et n. 6445, not. 7. Nihil igitur obstat, quin Graecinus Scribonio Kalendis Iuliis suffectus esse credatur. — Not. 6. Nihilo minus *Caelium* verum hominis nomen fuisse, nunc videtur constare titulo n. 7419 d β contra auctoritatem Dionis et fastorum Lunensium. Inscriptio Maff. M. V. 353, 1 Antoninio debetur; cf. Mommsen, I. N. 20.* — Nuper in Actis acad. pont. arch. vol. XIV. Grifi, *iscrizione antica dell' Auriga Scirto*, tab. III, fragmentum parum accurate edidit.

7419 d β. (Anni ab U. c. 766 — 778.)

CARISIANESIS . Ↄ . L

SCIRTVS . AGITATOR . FACTION . ALBAE

L · MVNATIO · ET · C · SILIO · COS · QVADR ·	VIC · I · SEC · I · TER · I
SEX · POMPEIO · SEX · APPVLEIO · COS ·	VIC · I · SEC · I · TER · II
DRVSO · CAESAR · C · NORBANO · COS ·	VIC · I · SEC · II · TER · V
SISENNA · STATILI · L · SCRIBONIO · COS ·	VIC · II · R · I · S · V · T · V
C · CAELIO · L · POMPONIO · COS ·	VIC · II · R · I · S · IIX · T · VI
TI · CAESARE · III · GERMANICO · CAESAR · II · COS	SEC · VII · TER · XII
M · SILANO · L · NORBANO · COS	R · I · S · V · TER · V
M · VALERIO · M · AVRELIO · COS	SEC · III TER · IIII
TI · CAESARE · IIII · DRVSO · CAESAR · II · COS	SEC · II · TER · V
D · HATERIO · AGRIPPA · ET · SVLPICIO · COS ·	SEC · III TER · IV
C · ASINIO · C · ANTISTIO VETERE · COS ·	R · I · S · I · TER · V
SER · CORNELIO · CETHEGO · L · VISELLIO · COS ·	SEC · I TER · IIII
COSSO · CORNELIO · LENTVLO · M · ASINIO · COS ·	TER · II

SVM · SVM · QVADR · VIC · VII · REVOC · IIII · SEC · XXXIX · TER · LX · 1) ET · IVSTITIALE · I · SEIVGES · II

Rep. Romae, in via Latina. Grifi, l. l. tab. II. Videre mihi non licuit. De singulis vide in Annall. modo laudatis.

1) SVM*ma* SVM*marum* QVADR*iga* VIC*it* VII. REVOC*atus* IIII. SEC*undas (tulit)* XXXIX. TER*tias (tulit)* LX. Hinc explica notas in titulo obvias. Quid IVSTITIALE sit, equidem ignoro.

7419 d γ. (Anni U. c. 771 et 772.)



Fragmentum hucusque ignotum, quod in codice Pighii Berolinensi repperi, loco non indicato. Illustravit Borghesius in Bull. Inst. Arch. 1856. Hic repetii propter praetores in eo commemoratos, quos *praetores aerarii* esse ex Or. 3128 apparet. Inde B. fastos esse collegii cuiusdam suspicatus est cum aerario coniuncti.

Ad n. 6453: fieri potest, ut interpolata inscriptio sit; quam totam spuriam esse haud facile credam, quum honorum series optime se habeat.

Ad n. 6456 a: de rebus cf. nunc Bull. Inst. Arch. 1855, p. XXIV.

§ 7. ad Or. 3186: Smetius 67, 3 et cod. Vat. 5253, p. 52 solos versus 8 priores et fragmenta quaedam versus 9. exhibent; quibus male a Boissardo partem inferiorem alius cuiusdam tituli adglutinatam esse, ipso bello Germanico anni 168 expeditioni Armeniacae anni 163 anteposito facile intelligitur. Ceterum *Laeliano* legendum est (Borghesi).

Ad n. 6472: I. B. de Rossi, *Nicomaco Flaviano* p. 61, n. 1 (Ann. Inst. Arch. 1849, p. 351) ex cod. Vat. 5253, p. 158 priores duos versus inscriptioni mutilae ab Aldo Manutio adiunctos esse affirmat; reliqua pars exstat in Museo Capitolino.

Ad n. 6476: not. PALASS mihi cognomen est Panckarii per compendium expressum.

Ad n. 6485: editus circa idem tempus, quo a Borghesio et Mommsenio, amplissimoque instructus commentario ab A. W. Zumptio, qui et ipse Arrio Antonino titulum tribuendum esse recte invenit; Comment. epigr. II, p. 3—70. — Praenomen Arrio fuisse *Gaio*, iam constat e fragmento tabulae Arvalium n. 7419 α.

Ad n. 6486: Renier, *Mél. d'épigr.* p. 40 titulum ita restituit, ut eundem hunc Fulvium esse reputet cum eo, cui Or. 3134 positus est; id quod parum recte disputatum esse eo mihi probatur, quod pontifi-

catum illi quidem post praeturam, huic iam ante quaesturam datum esse ipsa honorum serie satis elucet; nam quod R. affirmat, sacerdotium *secundum consuetudinem* Romanorum statim post consulatum ante ceteros honores positum esse, eam nego equidem eorum fuisse consuetudinem, quum inter tot exempla Saliorum in hoc certe libro obvia decem (2242. 2285. 3134. 3135. 3782. 5003. 5435. 5447. 5999. 6007.) reppererim, quibus sacerdotium eo loco recensetur, quo in serie honorum re vera positum erat. De quattuor aliis (560. 2243. 2245. 4495) nihil constat, quum vel sola sacerdotia iis commemorentur, vel unus addatur magistratus. In n. 2761 sacerdotia ab initio tituli ante omnes honores collocantur. Ita solus titulus n. 6006 cum sententia Renieri conspirat; de n. 2151 enim certum iudicium non pronuncio, quum ad praetorem pertineat. Saliorum autem exempla ideo proposui, quia eo sacerdotio iuvenes functos esse constat patrimos et matrimos, qui impetrato alio quodam sacerdotio illo se abdicare tenebantur, ita ut de Saliis tantum certi aliquid affirmare possimus.

Ad n. 6487: ab hac inscriptione edenda tunc, quum librum conscriberem, abstinendum esse credidi, quia ipsum Melchiorrium eam mox editurum esse noveram; quem quum litteris et amicis nuper morte ereptum adhuc lugeamus, nihil nunc obstat, quo minus monumentum dudum a Borghesio mecum communicatum publici iuris faciam:

7420. C · SABVCIO · C · F · QVIR · MAIORI || CAECILIANO · COS || SODALI · AVGVST · CLAVDIAL · PROCOS · PROV || ACHA · LEG · AVG · PR · PR · PROV · BELGICAE || PRAEF · AERARI · MIL · LEG · IVRID · PROV || BRITANNIAE · IVRID · PER · FLAMIN · ET || VMBRIAM · CVRAT · VIAE · SALAR · ET || ALIMENTORVM · PRAET · CANDID · TR · PLEB || ....

Post n. 6489 insere:

7420 *a*. L · NOVIO · CRISPINO || MARTIALI · SATVRNINO || COS · DESIG · LEG · AVG · PR · PR || PROVINCIAE · AFRICAE ·[1]) PROCOS · GALLIAE || NARBONENSIS · LEG · AVG · LEG · I · ITALICAE || LEG · AVG · IVRIDICO · ASTYRIAE · ET · GALLAECIAE || PRAETORI · TRIB · PLEB · QVAESTORI · PRO · PRAET || PROVINCIAE · MACEDONIAE · TRIB · MIL || LEG · VIIII · HISP · IIII · VIRO · VIARVM || CVRANDARVM · SEVIRO · EQ · ROMANORVM || VETERANI LEG · III AVG || QVI · MILITARE · COEPERVNT · GLABRIONE || ET · TORQVATO · ITEM · ASIATICO · II · ET · AQVILINO · COS[2]) — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 19.

1) Numidiam rexit sub Antonino Pio trib. pot. X et XI (l. l. 17. 18), i. e. annis 147 et 148, ita ut anno 146 C. Prastinae Messallino cos. 147 successisse videatur (l. l. 10. 11). Ipse igitur anno 149 fasces gessisse credendus est. 2) i. e. annis 124 et 125.

Ad n. 6502: vv. 10. 11. correxit Renier, *Mél. d'épigr.* p. 81. *dilect. per* || AFRICAM · MAVR*etanias*, recte opinor; neque enim *legato*, quem equidem admisi, nec *comiti* ibi locum esse facile constat. — Idem

l. l. p. 75. titulum affert patris fortasse Caesernii, quem propterea hic proponendum esse censui, quia *missus* dicitur *ad dilectum iuniorum* cet.

7420 a. T · CAESERNIO · · · F · PALAT · STATIO ‖ QVINTIO · STAT*ia*NO · MEMMIO · MA‖CRINO · COS · SOD*al* · AVGVSTALI · LEG · PR · PR ‖ PROVINCIAE · AF*ri*CAE · LEG · LEG XIIII · G · M · V [1]) ‖ MISSO · AD · DILEC*tu*M · IVNIORVM · A · DIVO ‖ HADRIANO · IN · R*e*GIONEM · TRANSPADA‖NAM · [2]) TR · PL · QVAE*st* · CANDIDATO · DIVI · HADRIANI ‖ COMITI · EIVSDEM · I*n* *ori*ENTE · XV · VIRVM · (sic) STLITIB ‖ I*udican*DIS ‖ D · D · PAT*rono* · *iiii* COLON P · P — Constantinae. Renier, qui bis titulum exscripsit, *praeturam* omissam et pro X*virum* re vera XV*virum* scriptum esse testatur. Eius supplementa recepi.

1) *Geminae Martiae Victricis*. 2) Cf. n. 5478, et *dilectatores*, quos minus recte ex solis praefectis electos esse scripsi ad titulum modo laudatum; cf. praeter n. 6502 inscriptionem n. 6453, quae quamvis interpolata, pro spuria tamen haberi nequit.

N. 6505 = 5575.

Ad n. 6509, not. 2: Titulus Toriniensis nunc exstat in civitate *Saint-Lo*; v. Mommsen, l. l.

Post n. 6521 adde:

7420 a *a*. · · · AELO RVFO IAVARIO VE FL PP [1]) DVVMVRALLCIO DO [2]) RP CVRATORI ‖ AD FISCI ADVOCATONES ‖ TER NVMERO PROMOTO ‖ THEVESTNAM HADRVMETNAM THAMVC AD ANONAM ‖ PERP [3]) AEL VICTORNVS ‖ FL PP IIVR E HOR PARTOR MAL [4]) ‖ IIVR CONCoRDSSIMO — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 237.

1) FL*amini* P*er*P*etuo*. 2) Num QQ, *quinquennalicio*? Lapidem enim valde detritum esse asserit R. 3) R. THAMV*gadinam*, *Curatori* AD ANNONAM PERP*etuo*; sed melius credo coniungi THAMVC = THAMV*gadinam* vel THAMVGAD*inam*, nisi potius in voce ANNONAM ipsa latet terminatio adiectivi *Thamugadinam*. Quod si minus placet, *ad annonam* credo simpliciter dictum esse pro *procuratore annonae*. 4) A MIL*itiis*, R.

N. 6525 = 5412.

CAPVT XI. OFFICIA MINORA.

Ad n. 6567: lapidem nuper cum Hübnero in amphitheatro Flavio ipse inspexi et Borghesium quidem nomen Carini, Feam vero · · · SV · · · TABVL recte legisse cognovi.

CAPVT XII. LOCA PVBLICA. OPERA PVBLICA.

Ad n. 6579, not. 1. pro *militum* supple M*unici*PVM.

Ad n. 6601: postea vidi ectypum chartaceum. Titulus litteris magnis et pulchris altioris antiquitatis exaratus est. Recte conieci *Rutilus*, sed omissa est nota *quaestorum*; versus enim duos priores ita scribe: M · SAVFEIVS · M · F · RVTILVS
C · SAVFEIVS · C · F · FLACVS Q

N. 6608 nunc melius exhibetur a Reniero, *Inscr. de l'Alg.* 131: TABVLARIVM PRINC ‖ *cu*M IMAG ‖ DOMVS DI‖VINAE R*e*‖NO-

VATVM ‖ aB VLPIO ‖ aNTONINo ‖ pRINC · Et ‖ OPTIONes ‖ COH PRim ‖ ET ADIVtor ‖ DE SVO FeCERVNT ‖ M AVRELIVS AVRELIANVS PP [1]) — Lambaese, „*au praetorium, sur deux fragments de schola, comprenant: le premier, le pilastre de gauche, relativement au spectateur, et une partie de la face principale; le second, une autre partie de la face principale.*" R. Hoc fragmentum nimis mutilum omisi.

1) Sic intellige: *tabularium principalium cum imaginibus domus divinae renovatum ab Ulpio Antonino, principales et optiones cohortis primae* (sc. legionis III. Aug.) *et adiutores de suo fecerunt. M. Aurelius Aurelianus primus pilus* (sc. eiusdem cohortis). — Renierus vv. 11. 12. cohortem quandam PRaETorium ADIVtricem invenisse sibi visus est, plane ignotam; cetera recte interpretatus est.

Post n. 6634 adde hos titulos Lambaesitanos:

7420 a β. IMPP CAESS C VALERIVS DIOCLETIANVS P ‖ F INVICTVS AVG ET M AVRELIVS VALERIVS MAXIMIANVS P F INVICTVS AVG AQVÆDVCTVM ‖ TITVLENSEM AB ORIGINEM VSQVE AD CIVITATEM LONGA VETVSTATE CORRVPTVM ‖ PER AVRELIVM MAXIMIANVM VPPPN [1]) AD MELOREM STATVM ADDITIS LIMIS RESTITVERVNT CVRANTIBVS AEMILIO LVCINO AVGVRE CVR REI P ET IVLO AVRELIO · 7 · — Ad nymphaeum. Renier, Op. cit. 108.

1) *Virum Perfectissimum Praesidem Provinciae Numidiae.*

7420 a γ. AQVAM TITVLENSEM QVAM ANTE ANNOS ‖ PLVRIMOS LAMBAESITANA CIVITAS INTERVERSO DVCTV VI TORRENTIS AMISERAT ‖ PERFORATO MONTE INSTITVTO ETIAM A ‖ SOLO NOVO DVCTV SEVERINIVS APRONIANVS VP · PPN ‖ PAT · COL · RESTITVIT · CVR · AELIO · RVFO · V · E · FL · PP · CVR · RP — Ibd. l. l. 117. — Ad stativa legionis III. Aug. pertinet haec inscriptio pone praetorium reperta:

